licis. Magnus noſter dn̄s ſaluator vniuer
ſorum. cōmune omnibꝫ lumē effulſit. cuiꝰ ꝓ⸗
uidentia hoc meū miniſtri dei ſtudiū ad per
fectionē venire ꝑmittite: vt vos illius popu
lum mea allocutione ⁊ miniſterio ⁊ monitio
nis inſtantia ad ſynodalem poſſim reuocare
cōmunionē: quia ſicuti dixi vna quedam in
nobis eſt fides. ⁊ vnꝰ ſcd̄m vos hereſeos in
tellectus. legiſqꝫ preceptuꝫ cū ſuis patribꝫ in
vnius volūtatis ꝓpoſitum tendit. Hoc ergo
quod vobis inter alia contentionē excitauit
quoniā nō attinet ad totius legis virtutē: ſe⸗
ditionē quandā ⁊ ſeparationē inter vos non
debet efficere. Dico aūt hec nō tanqꝫ cogens
vos omnibꝫ modis huic ſatꝫ optime ⁊ qua⸗
liſcunqꝫ ſit conſentire queſtioni. poteſt enim
⁊ honor cōcilij a nobis integer cuſtodiri. et
vna atqꝫ eadem omnibꝫ cōmunio conſerua⸗
ri. licet aliqua in nobis ꝑticulariter ad inuicē
pro paruo quodā contentio generet. quoniā
nō omnes in omnibꝫ idem volumꝰ. neqꝫ vna
in nobis natura verſatur. aut voluntas vna
cognoſcit. De diuina ſiquidem prouidentia
vna quedā in vobis ſit fides. vna prudentia.
vnus in deo ſenſus. Que vero ꝓ hijs friuo⸗
lis queſtionibꝫ inter alterutros diſputata ſūt
licet non in vnā ſententiā colligantur. mane
re tamē intra ſenſum mētis ineffabilitate ſer
uata. Cōmune autē caritatis ꝑcipuum ſacra
mentū ⁊ veritatis fides ⁊ honor. circa deum
atqꝫ religionē legis apud vos incōcuſſe per⸗
maneat. Reuertimini ergo ad alterutras ami⸗
cicias. atqꝫ gratiā reddite vniuerſo populo ꝑ
veſtros amplexus. voſqꝫ ipſos velut ꝓprias
animas expiantes. alterutros rurſus agno⸗
ſcite. Suauiores enim ſunt crebro amicicie.
poſt inimiciciaꝝ cauſas ad cōcordiam reſti⸗
tute. Reddite ergo mihi tranquillos dies no
cteſqꝫ ſecuras. vt quedā iocunditas puri lu⸗
minis. ⁊ vite iam quiete apud me leticia con
ſeruetur. ſic nō fuerit ingemendi ⁊ ſemper la
chrymis neceſſitas ingrauari ⁊ neqꝫ ſeculuꝫ
libenter ferre viuendi. Dei nāqꝫ populos. id
eſt cōfamulos meos ſic iniuſte ⁊ noxia veſtri
contentiōe diuiſos. cōgregari iam tempꝰ eſt.
Ut aūt huiuſmodi triſticie mee magnitudi⸗
nem ſentiatis: audite. Dudū veniens ad nico
medienſem ciuitatē repente ad orientē perge
re feſtinabā. Cumqꝫ ad vos tenderem. ⁊ plu
rima iam parte vobiſcū eſſem huius rei nun
cio ſum retentꝰ: ne oculis videre compellerer
que impoſſibile iudicabā ad ſenſuꝫ poſſe au⸗
rium peruenire. Quapropter aperite iā mihi
per veſtrā concordiā orientis vias. quas cō⸗
tentione clauſiſtis alterutra. velociterqꝫ mihi
concedite noſqꝫ ipſos ⁊ alios vniuerſos po⸗
pulos videre letos: ⁊ ꝓ cōmuni omniū cōcor
dia ac libertate. deuotam gratiarūactionē fa
uorabilibus eloquijs deo perſoluere.

¶ Sozomenus.

## Capitulum. xxi.

Lexādro ſiq̄dē ⁊ arrio: nūc culpan
do: nūc āmonēdo hec ſcꝑſiſſe dino⸗
ſcit. ꝑuiter aūt ferebat audiēs aliq̄s
cōtra omniū ſtatutū agere paſche feſtiuitatē.
Tūc etenim in vrbibꝫ orientis diſcordantes.
quidē ob hoc alterutra. quidē ſocietate diui⸗
ſi nō erant. iudaice tamen feſtiuitatē domini
cam celebrabāt. ⁊ vt aſſolet ſplendorē colle⸗
cte tali diſcretiōe fedabāt. Propter vtraqꝫ eti
am quietam eſſe eccleſiā feſtinabat princeps.
ſeqꝫ putās hoc malū poſſe preoccupare: an⸗
teqꝫ ad plurimos ꝑueniret dimiſit virū circa
ſe vita ⁊ fide ſimul inſignē ⁊ cōfeſſiōibꝫ prio⸗
rum temporꝝ ꝓ dogmate cōprobatū. qui cō⸗
placaret egyptios ꝓpter dogma tumultuan⸗
tes. ⁊ orientales ꝓpter paſca diſcordes. Fuit
aūt oſius cordube ciuitatꝫ epiſcopus. Cūqꝫ
preter ſpem cauſa ꝓcederet. ⁊ hereſis potius
qꝫ pax ſperata valuiſſet. nihil impetrans re⸗
meauit: qui fuerat ꝓ pace directus eccleſiaꝝ.
Tūc illud famoſiſſimū in nicea cōcilium fer
uor principis excitauit. publicis aſinis atqꝫ
mulis ⁊ curracibꝫ eq̄s ep̄os ⁊ qui cū eis erāt
ad ſynodum venire precipiens.

¶ Explicit liber Primus hyſto
rie eccleſiaſtice tripartite.

# Incipit liber Secūdus.

Nomina epiſcoporum niceni concilij. Sozomenes.

## Capitulum Primum.

Communicabāt ergo niceno concilio ex apoſtolicis quidem ſedibꝫ. macharius iheroſolimitanus euſtachius iam preſidens antiochene apud orientē eccleſie. ⁊ allexander allexādrie q̄ eſt apud ſtagnum mariam. Julius autem romanus epiſcopus propter ſenectutem defuit. erantq; pro eo preſentes vitus ⁊ vincentius preſ byteri eiuſdem eccleſie. Super hos autem ⁊ alij plurimi boni ⁊ optimi ex diuerſis gentibus conuenerunt. alij quidem ad intelligēdum ⁊ dicendum nimis ydonei. ſcietiaq; ſacrorum librorum ⁊ alia eruditione diſciplinati: viteq; virtute preclari. alij vero in vtroq; probatiſſimi viri. quorum vtile iudico etiam nomina memorare.

Theodoricus.

Antiq; ſtigmata domini ieſu in corpore circumferentium ſm ſacrum apoſtolum. Erat enim iacobꝰ antiochie migdonie: quam tyri ⁊ aſſirij niſibin appellant. qui mortuos reſuſcitauit. viuos curauit. ⁊ alia innumera probatur operatus eſſe miracl'a. Sed hec ſuperfluum arbitror huic operi rurſum inſerere: que in deo amabili hyſtoria latius enarraui. Paulus vero ceſarie quod eſt caſtrum poſitum iuxta ripas eufrate. is enim licinij rabie demolitus eſt. ambas enim manꝰ ligatas habuerat ignitoq; ferro combuſtas. quo fuerant nerui articulorū eius a ſua mobilitate ſiccati atq; mortificati. Alij vero dextros oculos effoſſos habuerūt. alij dextras ſuras abſciſas. Unus horum erat pafuntius egptius. ⁊ abſolute vbi videbatur populus athletarum chriſti ⁊ martyrū in vno loco congregatorum. de quibus ⁊ euſebius pāphili. tertio li. in vita conſtan. hec dicit.

Socrates ex euſebio.

Unctarum ergo eccleſiarum: que totā europam libiamq; ⁊ aſiam replebant. ſimul erant miniſtrorum dei congeſta cacumina vnaq; orationis domus tanq; a deo dilatata intrinſecus ferebat omnes in idem. ſiros ſimul ⁊ cilicos. pheniceſq; ⁊ arabes. atq; paleſtinos inter hos ⁊ egyptios. thebeos libias necnon ⁊ qui ex meſopotamia oriuntur ſed etiam perſa ad concilium venit epiſcopꝰ. Uero nec ſcitha defuit ex eorū choro. pontuſq; ⁊ aſia phrigia ⁊ pāphilia viros ꝓbatiſſimos ꝓbuerūt. Aderāt thraces ⁊ macedones chiui ⁊ epirote ⁊ hoꝝ q̄nq; interiꝰ habitātes. Ipſe autem hiſpanorum valde famoſus oſiꝰ vnus erat ⁊ ſimul plurimis aſſidebat. De regia vero ciuitate preſul allexander propter ſenectutē defuit. preſ byteri vero preſentes locum eius implebant. Talem itaq; ſolus a ſeculo vnus imperator conſtantinus chriſto coronam vinculo pacis exornans: ſuo ſaluatori de victoria inimicorum ⁊ hoſtiū deo decibilem dedicauit gratiarumactionis imaginem. ſm nos apoſtolica plauſione conſtituens. Tunc igitur ille ſermo completus eſt Collectos ex omnibus gentibus: que ſub celo ſunt viros religioſos: inter quos erāt parthi ⁊ medi. ⁊ elamite. ⁊ qui habitant meſopotamiam. iudeam ⁊ capadociam. ponthum ⁊ aſiam. frigiam. ⁊ pamphiliam. egyptum et partes libie ſecus cirenem. ⁊ aduene romani iudei. ⁊ proſeliti. cretes. ⁊ arabes. Uerūtamē hoc illis deerat. quod non ſicut iſti omēs ex dei miniſtris conſiſtebant. In preſenti ſiquidem choro multitudo epiſcoporum erat numerum trecentorum excedens. ſequentibus eos preſ byteris. dyaconibus. ⁊ accolitis. q̄rum numerus non poterat cōprehendi. Miniſtrorum vero dei alij ſermone ſapientie fulgebant. alij continentia vite ⁊ patientie choruſcabant. alij vero medio modo horum virtutibus ornabantur. Erant igitur inter eos alij temporis honorati longinquitate. alij iuuentute ⁊ animi robore premicantes. qui nuper venerāt ad huiꝰ myſterij curſum. Quibꝫ videlicet oībꝫ impator diebꝫ q̄tidianis cibaria largiſſime ordinarat expēdi. Hec itaq; de hijs q̄ ibi collecti ſunt pāphili recitauit euſebius. Cūq; celebraſſet imperator victricē cōtra liciniū feſtiuitatem ⁊ ipſe occurrit ad niceam. Clarebāt autē inter epiſcopos pafuntius ex ſuperiori thebayda. ⁊ ſpiridio ciprꝰ. Cuius autem rei cauſa horū memini poſtea ſum dicturus.

Sozomenes.

## Capitulum Secundū.

Derant itaq; cū epiſcopis viri diſputationis experti. verbis ſtudētes prodeſſe

concilio. vt autē aſſolet fieri plurimi ſacer-
cerdotū: tanq̃ ꝓ cauſis ꝓprijs decertare col-
lecti: tēpus ſe inueniſſe putauerunt: quo cor-
rigeret quod cōtriſtauit eos. ⁊ de quibꝰ aliū
vnuſquiſqꝫ forte culpabat libellū offerēs pͥn
cipi que in eo fuerāt cōmiſſa narrabat. Cū-
qꝫ hoc quotidie facile ꝓueniret. p̄cepit impe
rator certo die: ſingulos: de quibꝰ aliū culpa
ret facere manifeſtū. Cūqꝫ dies cōſtituta ve-
niſſet libellos oblatos ſuſcipiēs. hee quidē ac
cuſatiōes inquit tēpus habebūt ꝓpriū. id eſt.
diem magni iudicij. iudicē vero illū qui tūc
futurus eſt oēs iudicare. Mihi ergo homi-
ni cōſtituto de huiuſmodi rebus nō licet ha
bere auditoriū ſacerdotū ſcilicet accuſantiū
ſimul ⁊ accuſatoꝝ: quis cōuenit minime ta-
les debere monſtrari: q̃ iudicent̃ ab alijs age
re. Nunc imitātes diuinā clemētiā in alteru
troꝝ veniam accuſatiōes aboleamus alteru
tras. ⁊ de hijs que ad fidē pertinent agere ſtu
deamus cuius huc gratia venimus. Hec ſi
quidē imꝑator dicens vniuſcuiuſqꝫ ſcriptu
ram vacuare ⁊ libellos iuſſit ardere. dieqꝫ dif
finiuit qua ſolui que erāt dubia conueniret.
Ante cōſtitutū vero diē cōuenientes apd̄ ſe-
metipſos epi euocauerunt arriū. ⁊ propoſitꝭ
in cōmunione ſuis opinionibus diſputabāt
Cūqꝫ vt aſſolet ad diuerſas queſtiones cau
ſa traheretur. alij quidē ſuadebant nihil īno
uandū circa antiquā fidei traditionē. ⁊ ma-
xime quia bonoꝝ ſimplicitas. ſine perſcruta
tione tradebatur accedentibꝰ ad fidei ſacra-
mentū. alij vͦo reſpondebant nō oportere ſine
examinatiōe ſequi ſentētias antiquoꝝ. Plu
rimi vͦo tunc cōuenientiū epiſcopoꝝ ⁊ ſequē
tium eos clericoꝝ ſcientes diſputare. huiuſ-
modi elocutionē arte exercitati claruerunt. ⁊
imperatori atqꝫ hijs qui circa eum erāt noti
facti ſunt. Ex illo em̄ ⁊ athanaſius tūc dya-
conus exiſtēs: dum cū allexādro eſſet epiſco
po. huius ſtudij pars eſſe maxima videbat̃.
necnō ⁊ quidā grecoꝝ philoſophoꝝ opor-
tune harum diſputationū queſtione partici-
pati ſunt. Alij quidē quale eſſet hoc dogma
ſtudentes agnoſcere. alij vero nuꝑ inchoan-
te grecorum religione deperire volētes chri-
ſtianis infenſi dogmatis ſacramenta ad ver
borum certamina protrahebāt. ita vt contra
ſe ſeditiones exercerent. certaminaqꝫ ſibimet
inferrent. ⁊ ſepius ex aduerſo cōtenderent.

¶ Socrates.

## Capitulum Tercium.

Umqꝫ plurimi diſputationis dele-
ctatione traherentur. vnus quidē ex
confeſſoribꝰ laycis ſimplicē habens
ſenſum dyaleticis obuiauit dicens. Audite
igitur. Chriſtus ⁊ apoſtoli nō nobis artem
dyaleticam tradiderūt. vanāqꝫ verboꝝ falla
ciam. ſed purā ſcientiam fide ⁊ bonis operi-
bus obſeruandā. Hec dicente iuuene ⁊ ani-
mo ſene. preſentes quidē mirati ſunt dictum
qꝫ probauerūt. Dyaletici vero ſatiſfactiōe ſu
ſcepta ceſſarunt. rationē quippe ſimplicem ve
ritatis audientes.

Ertur enim ⁊ aliud. Dum quidam eo-
rum ſermonū magnificentia extollere-
tur ⁊ illud coram ſacerdotibꝰ. nō pertulit eiꝰ
faſtum quidam ſenex ſimplex et innocens ac
probatiſſimus confeſſorum. ſed acceſſit ad-
uerſus eum ꝓferre ſermonem. Hoc itaqꝫ fa-
ctum petulantibus quidē ⁊ ſimplicem ſcien
tibus confeſſorem riſum mouit. maturiorbꝰ
vero formidinē ꝓuidentibus. ne a viro ver-
bis artifice deduceretur ad riſum. verūtamē
cedentibus vt quod vellet ediceret. reſiſtere
nanqꝫ ei cum talis eſſet nimiū verebant̃. In
nomine inquit ieſu chriſti o philoſophe au-
di dogma veritatꝭ. Unus eſt deus celi ⁊ ter-
re oīmqꝫ viſibiliū ⁊ inuiſibiliū creator q̄ hec
oīa verbi ſui virtute fecit. ⁊ ſpiritus ſui ſan-
ctitate firmauit. Hoc itaqꝫ verbū quod nos
inquit filium dei nominamus. Habita miſe
ricordia ſuper homines ab errore eos ⁊ fe-
rali religione liberauit. paſſus ex muliere na
ſci et cum hominibus conuerſari ⁊ mori pro
eis. venietqꝫ denuo iudicaturus ſingulorum
vitā. Hec ita ſe habere ſine perſcrutatiōe cre
dimus. Noli igitur inaniter laborare que-
rens deſtruere ea que fide percepimus. No-
li inueſtigare modum quo fieri hec. aut non
fieri potuerunt. Si enim credis mihi conſu
lenti ad iſta reſponde. Obſtupefactus vero
philoſophus. credo inquit. Tunc gratias ꝓ
deuictione perſoluens ea que ſenior eque ſe-
ctatus eſt. et prioribus conſectatoribꝰ vt vna
nimes ſibimet eſſent perſuadebat. non im-
ꝓuide mutatū ſe iurās ſed ineffabili quadā
virtute ad chriſtianitatē protinꝰ inuitatū.

## Capitulum Quartum.

Icitur autem proximum huic mira
culo quoddā geſtum per allexandrū
conſtātinopolitane ciuitatis epiſco-

pum. Cum enim veniſſet imperator conſtan
tinus byſantiū adeuntes cum quidā philo-
ſophi querebant quaſi nō deū coleret: vt de-
ceret ⁊ circa ſacra nouitates exerceret. nouaꝫ
iure publico introducendo culturā. preterq₃
eius maiorbus viſa ſunt. ⁊ grecoꝝ romano-
rumq₃ principib⁹: quos habuerūt trāſacta ſe
cula placuerūt. volebantq₃ cū allexandro epi
ſcopo diſputare de dogmate. Jlle vero huiuſ-
modi exercitatiōe verboꝝ inexptus erat de
vite qualitate cōfidēs. Fuit eñi vir magnus
⁊ cōuerſatione mirādus. Cunq₃ certamē im
peratore precipiēte ſuſcepiſſet. cōueniſſentq₃
philoſophi. omnib⁹ loqui volentib⁹: vt vnuꝫ
ex ſe quē vellēt eligerēt poſtulauit ſctē memo
rie pater noſter allexāder. ceteros vero quicū
q₃ eſſent ſilentiū tenere precepit ⁊ tātūmodo
his que ab vtroq₃ dicerent intendere. Suſci
piente ſiquidē vnus eoꝝ diſputationis imen
ſe negociū ad philoſophū ſanctus allexāder
in noīe inquit ieſu chriſti impero tibi in pri-
mis: ne loquaris. Et vna cū eius ſermōe op⁹
impletū eſt. Repēte nāq₃ ille homo vt ſermo
nem audiuit obligato ore cōticuit. Putaſne
iuſtū fuit conſiderare vtrū maius hoc mira-
culū videret: vt homo ⁊ hic philoſophus ſic
facile officiū locutiōis amitteret: an certe vt
lapis violentia verbi manu diuideret. Qđ
quidā aiūt iulianū feciſſe caldeū. Et hec qui
dem ſit acta referuntur.

## Capitulum Quintum.

Pterea ſacerdotes ſepe cōuenientes
arriū ad mediū ꝯducebāt. ſubtilemq₃
eius exminationē ꝓpoſitionib⁹ agita
bāt. Petulanter aūt in qualibet parte metue
bāt ꝓferre ſententiā. Hec itaq₃ ſacra ⁊ vene-
rabilis turba permittiōe aduerſarioꝝ nō vi
debat aliena. Erant eñi inter eos quidā pau
ci quidē ſed callidi ⁊ breuia imitātes celanteſ
q₃ calliditatē. ⁊ arrij blaſphemiā nō defendē
tes aperte. Cōueniētib⁹ igit vniuerſis. maxi
mam domū preparauit in regalib⁹ imꝑator
ſedes ⁊ ſubſellia in ea poni precipiens: q̄ ſuf
ficeret ordini ſacerdotali ita decenteꝫ prepa
rans honorē. inuitauit ingredi ⁊ de preſenti
bus habere cōciliū. Introiuit aūt ⁊ ipſe prin
ceps vltimus cū paucis. laude dignā ſui ma
gnitudinē habēs ⁊ mirabilē ſpeciē. mirabili
oremq₃ gerens dignitatē pudoris in fronte.
Minore vero ſede q̄ alijs poſita in medio eo
rum ſedit. primo tamē petēs hoc ſibi epiſco-
poꝝ iuſſiōe cōcedi. Cum cū eo reſedit ſacra
tiſſimus ille chorus. Primus itaq₃ magnus
euſtachius antiochene eccl'ie ſortitus preſu
latum. nā philogonius cui⁹ dudū memini
mus ad meliorē trāſierat vitam ⁊ hunc mira
bilem virū etiam nolentē ad regimen eius ec
cleſie decreto cōmuni pontifices ac ſacerdo
tes ⁊ omnis populus chriſtianus venire cō
pulerat. Js ergo preconioꝝ florib⁹ caput pn
cipis exornauit. ⁊ ſtudiū ei qđ habebat circa
ſacras benedictōnes exhibuit. Poſt hūc au
tem euſebius cognomine pamphili. Quib⁹
iam reticentibus famoſiſſim⁹ imꝑator protu
lit de vnanimitate concordiā ſermonis. tiran
norum eoꝝ crudelitatē rememorās ⁊ honora
bilem pacē: que ſub eo collata eſt diuinitus:
ſimul ⁊ quia peſſimū ⁊ valde crudele videre
tur: vt deſtructis hoſtib⁹ nulloq₃ preſumen-
te reſiſtere. ſacerdotes in alterutros iacularē
tur atq₃ cōfunderent. ⁊ impijs atq₃ ſine deo
ꝑſonis delectationē riſumq₃ preberent. cum
vtiq₃ de diuinis tractarent reb⁹ ⁊ ſancti ſpiri
tus doctrinā in ſcriptis haberent. euangeli-
ci inquit ſunt libri. ⁊ apoſtolici. antiquorūq₃
prophetarum ſanctiones: que nos erudiunt
quid de ſacra lege ſapiamus. Expellētes igi
tur hoſtile certamē ex verbis diuinitus in-
ſpiratis. ſolutionē queſtionum mente capia-
mus. Hec ⁊ his ſimilia tanq₃ filius ⁊ ama-
tor patris ſacerdotib⁹ veluti patrib⁹ offere-
bat. apoſtolicoꝝ dogmatū ſtudens ꝓfliga
re concordiā. Concilij vero plurima pars
his que dicebantur obediebat ⁊ inter alteru
tros vnanimitatē ⁊ dogmatū ſalubritatē li-
bēter amplectebatur. Pauci vero quidā quo-
rum iam meminimus. ⁊ ſuper illos mino-
phantis epheſius ⁊ ſcitopolitis. patrophi-
lus. theoginus. nicenus epiſcopus ⁊ narciſ-
ſus neromadis. que eſt ſedes cilicie: quā nūc
hermopolim vocant. ⁊ cū his theonias mar
moricenus ⁊ ptolomaydis egypti ſecundus
apoſtolicis reſiſtentes dogmatibus arrium
defendebant. Dictantes autem fidei petitio-
nem. cetui cōmuni dederunt. Que cum le-
cta fuiſſet ab vniuerſis repente dirupta eſt.
et adultera fraudulentaq₃ pronunciata. Tur
ba ſiquidē tumultu contra eos ab omnib⁹
habito. cunctiſq₃ proditionē pietatis ab eis
factam accuſantibus. formidantes ſurrexe-
runt et primi arrium abdicarunt. excepto ſe
cundo ⁊ theona. Cum ergo fuiſſet impius il
le deſtructus: cōcorditer vniuerſi fidem glo
riamq₃ dictātes. que hactenus in eccleſijs ꝑ
manet ⁊ ſubſcriptionibus roborantes con-

cilium ſoluere. Dolo ſe tamē ⁊ nō ſalubriter predicti viri in fidei termino cōſenſerunt: qđ teſtat̄ tam q̄ poſtea ab eis machinata ſunt cōtra pietatis ꝓpugnatores: q̄ꝫ que ab ipſis conſcripta noſcuntur.

## Capitulum Sextum.

Uſtachius itaqꝫ antiochenꝰ epūs: cuiꝰ primitus memini. hec de eis retulit docens q̄ facta ſunt eorūqꝫ redarguēs blaſphemiā. vbi illud ⁊ ꝓuerbiale interꝑtat̄ eloquiū. Dn̄s creauit me in principio viaꝝ ſuaꝝ in opera tua. Pergo itaqꝫ iam hinc. ⁊ ad ea q̄ geſta ſunt. Cū itaqꝫ ꝓpter hec ſinodus maxia in nicenā veniſſet vrbē ⁊ q̄reretur fidei modus. aperta quidē impudentiā euſebius ſcripturā ꝓtulit blaſphemie. q̄ corā oībus lecta. repēte cladē importabilē cauſam diuiſionis audiētibus irrogauit. ꝯfuſionem tamē incurabilē ſuo ꝓuidit auctori. Cūqꝫ officina capta fuiſſet indubitāter euſebij. dirupta iniquitatis ſcriptura in cōſpectu oim̄. quidā ex tractatu nomē exponētes pacis. cōpeſcuerūt omnes iuſtā querimoniā faciētes. Arriani aūt metuētes: ne cōgregato in idem tanto cōcilio pellerent̄. exilientes anathematiſauerūt inter dictū arrij dogma cōcorditer ſubſcribētes litteris. ſuaqꝫ manu cōſentiētes. ⁊ ſimiliter ſe ſicut oīs ſinodus ſapere ꝓfitentes. Cūqꝫ preſulibꝫ vt ita dicam mala caliditatis arte preualuiſſent. qui magis agere debuerāt penitētiā: tūc quidē latēter (poſtea vero damnata q̄ꝫ) ceperūt allegare ſentētias. ſepe ponētes inſidias eis a quibꝫ videbant̄ eſſe cōuicti volenteſqꝫ zizanioꝝ germina radicare. tunc timētes declināteſqꝫ tāti cōſilij cognitores. occulte poſtea pietatis ꝑdicatores debellare tēptabāt. Sed nō credimꝰ hoīes ſine deo poſſe preualere cōtra ſacrā adorandāqꝫ legē euāgelicāqꝫ doctrinā. Nā licet ad modicū roborēt̄. rurſus fortiter ⁊ magnifice deuincunt̄ ſm̄ ꝓphetam glorioſe vocis eſaiam. Hec itaqꝫ magnus euſtachius.

## Capitulum Septimuꝫ.

Uius aūt cōcertator ⁊ veritatis ꝓpugnaculi turris. atanaſius ſucceſſor allexādri famoſiſſimi preſulis: q̄n ſcripſit ad afros etiā hec adiecit. Conuenientes em̄ epī ſtuduerūt verba quidē impietatis ab arrianis inuēta ꝑimere. hoc eſt ex nō exiſtentibus ⁊ qđ dicebāt creaturā ⁊ facturā filium ⁊ fuit aliquādo quādo nō fuit. ⁊ q2 mutabilis eſt nature. ſcripturaꝝ ꝟo manifeſtas ponere ductiōes: q2 ex deo filiꝰ naturaliter vnigenitus eſt. verbū. virtus. ſapiētia ſola patris deꝰ verus. ſicut Joh. ait. Et ſicut ſcꝑſit paulus ſplēdorē glorie. ⁊ figurā ſubſtātie vocēs eſſe filiū patrꝭ. Qui ꝟo circa euſebium ꝓtracti veſania loquebant̄ alterutrꝭ. ⁊ dicebāt Conſentiamꝰ nā ⁊ nos ex deo ſumus. Huiꝰ em̄ deus: ex quo oīa ⁊ vetera tranſierūt. ecce oīa noua ex deo ſunt facta. Cogitabant aūt et illud: qđ in paſtore conſcriptū eſt. Primū omniū crede quia vnus eſt deus. qui creauit vniuerſa atqꝫ ꝑfecit ⁊ cōſtituit ex nō exiſtente: vt ſint. Porro alij epiſcopi maliciā videntes illoꝝ ⁊ peſſimā impietatis artē. apertius vt ita dicat̄ manifeſtiꝰ dixerūt. Ex deo idem cōſcripſerūt ex ſubſtantia patris eſſe filiū vt creature quidē: eo q nō habeāt a ſe metipſis: vt ſint: ſed habeant principiū exiſtēdi. dicant̄ a deo. filius aūt ſolus ꝓprius ex ſubſtātia credatur patris. Hoc em̄ ꝓpriū vnigeniti eſt et veri ꝟbi patris. Hec itaqꝫ fuit occaſio vt ex ſubſtantia diceret̄ patris. Rurſus aūt inquirentibꝫ epiſcopis. paucos eoꝝ qui arriani eſſe putabant̄. ſi dicerent filiū nō eſſe creturam ſed virtutē ⁊ ſapientiā ſolā patris ⁊ imaginē ſempiternā. ⁊ in diſſimilē ꝑ oīa patri ac deuꝫ verū capti ſunt. qui circa euſebiū innuentes alterutris. q2 ⁊ hec etiā veniūt ad nos. nam ⁊ nos inquiūt imago ⁊ gloria dicimur dei. de nobis em̄ dicit̄. ⁊ dictū eſt. ſemper em̄ nos q̄ viuimus. ⁊ virtutes multe ſunt. ⁊ egreſſa q̄ꝫ dē eſt oīs virtus dei ex terra egipti. Campus q̄ꝫ et locuſta dicit̄ virtꝰ magna. Et rurſus. Dominus ꝟtutū nobiſcū. Sed etiam ꝓprij nos dei ſumꝰ. Habemus h̄ nō ſimpliciter. quādo ⁊ fratres vocauit nos. Si aūt ⁊ deū verū dicunt filiū. nō nos cōtriſtat. factus em̄ verꝰ eſt Hec eſt arrianoꝝ corrupta mēs. Sed etiam hic epi vidētes eoꝝ dolū. collegerunt ex ſcripturis ſplendorē. fontē ⁊ fluuiū. ⁊ figurā ad ſubſtantiā ꝑtinere. Et illō. In lumīe tuo videbimus lumen. ⁊ ego ⁊ pater vnū ſumꝰ. Et clarius iam ac breuiter ꝯſcripſerūt cōſubſtātialē patri filiū. Oīa nāqꝫ ꝑdicta hanc ſignificationē habēt. Murmuratio ſiquidē eorū quaſi verba hec nō fuiſſent ex ſcripturaꝝ auctoritate ꝑlata. ꝑ eos quoqꝫ inanis eſſe ꝯuincitur. Ex nō ſcripto nāqꝫ ipſi impie ꝓferētes quippe qđ nuſq̄ꝫ penitus inuenit̄ ex nō exſtātibꝫ. ⁊ fuit aliq̄n q̄n nō fuit. alios culpauit ꝓpterea ex nō ſcriptis ſermonibꝫ. pie tamē intellectis damnati ſūt. Ipſi nāqꝫ velut de ſter-

toꝛe repētes. hec vere de t̄ra locuti ſunt. Ve-
rū ep̄i non ſibimet adinueniētes ꝟba. ſed ha
bētes hec a patribꝫ teſtimonia cōſcripſerunt.
Veteres em̄ ſacerdotes an̄ eos pene. L.xxx.
magne rome ciuitatiſqꝫ nr̄e. accuſauerūt oēs
q̄ dicūt facturā aut creaturā eſſe filiū ⁊ nō cō
ſubſtantialē patri. Et hoc ſciebat euſebius ce
ſarienſis ep̄us: qui ꝑmū defendebat arriano-
rū ſectā. nouiſſime ꝟo ſubſcripſit niceno cōci
lio. Scripſit aūt ⁊ ciuibꝫ ſuis cōfirmantibꝫ:
qꝛ ⁊ antiquoꝝ aliqs doctos ⁊ illos tres epi-
ſcopos ⁊ cōſcriptoꝛes agnouiſſet noīe cōſub
ſtantialitatꝫ vſos in patris ⁊ filij deitate. Iſti
ḡ conſiliū metuentes expoſite fidei cōſenſe-
rūt. ſm̄ ꝓphete increpationē dicentis. Popu-
lus hic labijs me honoꝛat. coꝛ aūt eoꝝ longe
eſt a me. Theonas aūt ⁊ ſecūdus nolētes ac-
quieſcere condēnati ſunt. Poſtea ꝟo in cōci-
lium veniētes. xx. cōſcripſerūt de cōuerſatio-
ne eccleſiaſtica ſanctiones.

## Capitulum Octauum.

Sabino itaqꝫ nō credamꝰ q̄ eos ydeo
tas vocat ⁊ imperitos. Sabinꝰ em̄
heraclie thracenſis macedonianoꝝ
ep̄us habita cōgeſtione eoꝝ: q̄ ꝑ diuerſa cōci
lia ſacerdotū ex ſcripto ꝓlata ſunt. eis q̄ ni
cea cōuenerunt velut ydeotis ⁊ ſimplicibꝫ de
rogauit nō ſentiēs: qm̄ ⁊ ipſi euſebio cū mul
ta probatiōe ꝯfitenti fidē velut ydeote noſcit̄
derogare. Et aliqua q̄dē volens p̄terijt. aliq̄
ꝟo mitigauit. cuncta tamē ſm̄ ꝓpriā ſum-
pſit intentionē. Et laudat q̄dem tanq̄ fide di
gnū teſtem euſebiū pamphili. laudat ſimul ⁊
ꝓncipē tanq̄ eis que ſunt xp̄ianoꝝ dogmati
ſantes. Culpat aūt expoſitā in nicea fidē. tā-
q̄ ab ydeotis. ⁊ nihil ſcientibꝫ traditā. ⁊ quez
velut ſapientē ⁊ ſine mēdacio teſtez vocare cō
ſueuit. eius voces ſponte cōtempnit. Ait em̄
euſebius. qꝛ ex viris dei nicea cōuenientibꝫ.
alij quidē ſapiētie ſermōe inmicuerūt. alij cō
tinentia vite laudati ſunt. ⁊ qm̄ imꝑatoꝛ pre
ſens ad vnitatē ſuā om̄es cōcoꝛdes ⁊ cōſecta
toꝛes eſſe ꝯſtruxit. Sic ergo cōtraria dicta ſa
bini necnō euſebij. atqꝫ cōſortiū eoꝝ ſibimet
agnoſcunt̄. Et ſi quidē alicubi opus fuit de
ſabino memoꝛabimꝰ. Concoꝛdia ergo fidei a
magno nicea ꝓlate cōcilio. ab euſebio clara
voce laudata hec eſt.

¶ Fides in niceno dicta conſilio.

## Capitulum Nonum.

Credimus in vnū deū omnipotentē.
omniū viſibiliū ⁊ inuiſibiliū factorē
⁊ in vnū dominū ieſum chriſtū filiū
dei natū ex patre vnigenitū. hoc eſt ex ſubſtā
tia patris deū ex deo. lumē ex lumīe. deū vez
ex deo vero natū non factū cōſubſtantialem
patri: per quē oīa facta ſunt ⁊ que in celo ⁊ in
terra. qui ꝓpter nos hoīes. ⁊ ꝓpter noſtrā ſalu
tem deſcendit ⁊ incarnatꝰ ⁊ homo factus eſt.
paſſus ⁊ reſurrexit tercia die. ⁊ aſcendit in ce-
los. ⁊ venturus eſt iudicare viuos ⁊ moꝛtu-
os. ⁊ in ſpiritū ſanctū. Dicētes aūt. erat quan
do nō erat. aut nō erat anteqꝫ fieret: q̄a ex non
extantibꝫ factus. aut ex altera ſubſtantia vel
eſſentia dicētes eſſe. aut creatū. aut cōuertibi-
lem filiū dei. aut hoſtiales. anathemati a ca-
tholica ⁊ apoſtolica eccleſia. Hanc venerabi
lē fidē. ccc. quidē. x. ⁊. viij. ⁊ agnouerūt ⁊ am-
plexi ſunt. ⁊ ſicut ait euſebiꝰ cōſonātes ⁊ vna
nimes in ſcriptis explanauerūt. Quicqꝫ vero
nō receperunt verbū cōſubſtantialitatis rep̄
hendentes. Euſebius nicomedie p̄ſul. theo-
ginus nicenꝰ maris calcedonenſis. theonas
marmaricenus. ſecūdus ptolomaydis dicen
tes cōſubſtantialē eſſe quod ex aliquo eſt. aut
ex partitione. aut ex decurſione. aut ex planta
tione. Ex plantatiōe quidē ſicut ex radice ger
men. Ex decurſione ꝟo ſicut p̄ri cū filijs. Ex
partitione aūt ſic ex maſſa aurea annuli duo
vel tres. Scōm nullū aūt hoꝝ inquiūt eſt fi
lius dei. Propterea ergo dicebāt in fide non
eſſe conſentiendū. Plurimū ſiquidē verbo cō
ſubſtantialitatis derogātes p̄dicti viri. in ar-
rij depoſitiōe ſubſcribere noluerūt. ideoqꝫ ſi-
nodus arriū ⁊ cōſectatoꝛes eius anathemati
ſauit om̄es adijcientes: neqꝫ accedere eum in
alexandriā. preceptūqꝫ ꝓncipis repente eun
dem arriū ⁊ qui circa euſebium ⁊ theoginuz
et qui cum eis exilio depoꝛtauit.

## Capitulum Decimum.

Euſebius igit̄ ⁊ theoginus poſt pau-
lulū tp̄us exilij. libellū penitētie poꝛ
rigentes in fide cōſubſtantialitatꝫ cō
ſenſerūt. qđ declarabimꝰ ꝓcedentes. Tūc au
tē in ſinodo euſebius cognomine pamphili ⁊
ceſarie paleſtine epiſcopatū ſoꝛtitus. paululū
aniaduertens atqꝫ ꝯſiderans vtrū opoꝛteret
ſuſcipi terminū fidei. vna cū alijs omibꝫ hoc
eſt vniuerſa multitudine ꝯſenſit atqꝫ ſubſcri
pſit. necnō ⁊ populo ſub ſua dyoceſi cōſtitu
to ſcripſit terminū fidei. ⁊ vbiqꝫ deſtinatꝰ ſer
monē ſubtiliter cōſubſtantialitatis interpre-

ſatus. vt nequaq̄ penitus ſuſpitionē aduer=
ſam de eo q̄libet habere potuiſſet. Sūt aūt q̄
ab euſebio ipſo conſcripta ſunt hmōi verba.
¶ Epiſtola euſebij pamphili de niceno con=
ſilio ⁊ fide ad ceſarienſes paleſtinos.

# Capitulū Vndecimuꝫ.

Arbitramur ⁊ vos dilectiſſimi etiam
aliūde didiciſſe fama ꝯſueta ꝑcurrē
te. ꝑfectū de hijs q̄ ſunt geſta ſermo=
nē. Sed ne ex hmōi q̄ audiui veritas vobis
aliter nuncieť. neceſſario direximus vobis q̄
dem ſcripturā a nobis de fide propoſitā. Nā
⁊ dn̄s noſter mittēs ad predicandū diſcipl'os
ſuos. ait. Eūtes docete oēs gentes. baptiſan=
tes eos in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. De q̄=
bus ⁊ affirmamꝰ ita hr̄e ⁊ ita ſapere: ſed etiaꝫ
dudum ita habuiſſe et ita ſapuiſſe. et vſq̄ ad
mortē ꝓ hac inſtare fide. anathematizantes
oēm ſine deo hereſim. Hec oīa ex corde ⁊ aīa
ſapuiſſe. ex quo nouimꝰ noſmetipos ⁊ nūc ſa
pere ⁊ dicere corā oīpotente deo ⁊ dn̄o nr̄o ie=
ſu chriſto. cū veritate teſtamur oſtēſuri ꝓba=
tionibꝫ ⁊ ſatiſfacturi nobis. q̄a ⁊ p̄teritis tpi=
bus ita credidimꝰ ⁊ p̄dicauimꝰ. Hac a nob
expoſita fide nulli relictꝰ eſt reſiſtendi locus.
Sꝫ ⁊ ipſe p̄mꝰ deo amabilior impator nr̄ cā
rectiſſime hr̄e teſtatꝰ eſt. ⁊ ſic etiā ſe ꝓfeſſus eſt
ſapere ⁊ in hac oēs conſentire ⁊ ſubſcribere. ⁊
in hijs dogmatibꝫ cōcordare p̄cepit. imo ſolū
modo ſcripto ⁊ inſerto cōſubſtātialitatis ver
bo: qđ etiā ipſe interp̄tabať dicēs. q2 nō ſcđm
corporeas paſſiōes cōſubſtantiale diciť. neq̄
ſm̄ diuiſionē. neq̄ ſm̄ quandā deciſionē ex ꝑ
te ſubſiſtere. non em̄ poſſe naturā ſine marty=
rio intelligibilē in corꝑe. eāq̄ corꝑalē q̄ndā
ſubſiſtere paſſionē: ſed ſacris q̄buſdā infalli=
bilibuſq̄ rōnibꝫ magꝭ intelligendā. Et ſapiē
tiſſimꝰ quideꝫ ⁊ pijſſimꝰ impator ita ꝓbabať.
Fidei ḡ explanatiōe dictata: quēadmodū ab
eis dictū ſit filiū ex ſubſtantia p̄ris ⁊ p̄ri con
ſubſtantialē. nō eſt ſine examiatiōe derelictū.
Cōſultatiōes em̄ ⁊ reſponſiōes deinde moue
banť. ⁊ mens ꝑſcrutabať dictoꝝ ſenſuū. Et h̄
ergo qđ agebāt de ſubſtantia. cōſtabat apud
eos ſignificatiuū quidē eſſe ex ꝑte. nō tn̄ tan=
q̄ partē eſſe p̄ris. Propterea nob quoq̄ vide
bať bn̄ ſe hr̄e. vt mēte cōſentiremꝰ pie doctrīe
dictāti ex p̄re filiū eſſe. non tn̄ partē eiꝰ eē ſub
ſtantie. Quapropter ⁊ nos mēte cōſentimus.
neq̄ vocē cōſubſtantialitatꝭ refutātes. poſita
p̄e oculis noſtris pacis intentione. ⁊ ab intel
lectu rectiſſimo nō cadētes. Scđm hoc etiā
natū ⁊ non factū ſuſcepimus. quoniā factum
cōmune eſſe dicebant opus reliquarū creatu
rarū factarū per filiū. quarū nihil ſimile ha=
bere filiū confitemur ⁊ predicamꝰ. vnde non
eam eſſe facturā dicimꝰ. quod cōgruit hijs q̄
per eū eſſe facta noſcunť. ſed ſuꝑius q̄ factu=
re totius eſſe ſubſtantie. q̄ ex patre natā diui
na docere videnť eloquia. Modo quippe ge=
neratiōis inenarrabili ⁊ incogitabili exiſten=
te vniuerſe nature facte. ſic autē ⁊ conſubſtā=
tialē patri eſſe filium ratio examinata cogno
ſcit. non ſcđm corporū modū neq̄ mortalibꝫ
animalibꝫ proximū. Naꝫ neq̄ per diuiſionē
ſubſtantie. neq̄ per defectionē aut anie muta
tionē paterne ſubſtantie vel v̄tutis. hijs em̄
omnibꝫ ingenita. natura patris extranea eſt.
ſed predicandū eſt eſſe conſubſtantialē patri
filiū: eo q̄ nullam equalitatē ad creaturas fa
ctas dei filius habeat. ſed ſoli patri genitori
per omnē modū ſit ſimilis. ⁊ non ſit ex alia q̄
libet ſubſtantia vl' eſſentia ſed ex patris. Qđ
etiam ip̄m hoc modo interpretatū bene ſe ha
bere viſum eſt ad cōſentiendū quoniam ⁊ pri
ſcorū epiſcoporū aliquos ⁊ cōſcriptores elo=
quentes ⁊ nobiles agnouimꝰ in patris ⁊ filij
theologia idem diuina ratiocinatiōe noīe cō
ſubſtantialitatis vſos.

Hec itaq̄ de expoſita fide ſint dicta in q̄
immenſi nō ſine aniaduerſione ſed ſm̄
ſenſus expoſitos corā ipſo deo amabili exa=
minare imperatore. et predictis rationibꝫ cō=
cordantes anathematiſmū poſt fidem in eis
prolatū ſine triſticia eſſe credimꝰ. eo q̄ nō ſcri
ptis vti vocibus prohiberēt. vnde pene om=
nis facta eſt confuſio ⁊ indiſciplinatio cūctis
eccleſijs. Nulla ſiquidē ſcriptura diuinitꝰ in
ſpirata dicēte ex nō extantibꝫ. aut fuit aliq̄n
quādo nō fuit. ⁊ reliqua q̄ proferebat. irratio
nabile nobis viſum eſt hec dicere vl' docere.
quoniā neq̄ priori tēpori huiuſmodi cōſue=
uimus vti ſermonibꝫ. Hec vobis neceſſario
ſcripſimus dilectiſſimi. iudiciū noſtre exami
natiōis ſenſum nobis innoteſcētes. ⁊ quia ra
tionabiliter tūc quidē quoniā nos ſcripta q̄=
dam modis alijs offendebāt. poſtea v̄o indu
bitate ea que erant ſine contriſtatiōe ſuſcepi=
mus. Quapropter magnanimiter nobis ſen
ſum verborū diſcutientibꝫ. placuit cōcordare
in hijs q̄ a nobiſipſis a fidei expoſitione cō=
feſſa ſunt. Hec itaq̄ euſebius pamphili in ce
ſariam paleſtine litteris explanauit. Alexan
drine vero eccleſie egyptiacis ⁊ libie ⁊ pentha
poleos. ⁊ que vicine ſunt. Hec ſcripſit cōmu=

ni decreto conſilij.

Epiſtola Niceni concilij.

# Capitulū Duodecimū.

Theodericus.

Sancte magneqꝫ ſummi dei gratia al
lexādrine eccleſie ⁊ dilectiſſimis fra
tribus per egyptū. ⁊ libiam. ⁊ pētba
polim conſtitutis. cōgregati ⁊ magnā ſanctā
ſinodū nicea celebrantes epiſcopi in dn̄o
ſalutem. Quoniā dei gratia ⁊ deo amantiſſi-
mi principis noſtri cōſtantini nobis congre-
gatis in vrbe predicta ex prouincijs diuer-
ſis ⁊ ciuitatibꝰ. magna ſanctaqꝫ ſinodus cele-
brata eſt. omnimodis neceſſariū viſum eſt ab
hoc ſacro ⁊ ſancto cōcilio etiam ad vos litte-
ras deſtinare. vt noueritis quedā quidē mo-
ta ⁊ examinata. que ꝓ placuerūt atqꝫ firma
ta ſunt. ante omnia ſiquidē exquiſita ſed im-
pia ⁊ iniqua. ⁊ ſine deo dogmata arrij et ea q̄
conſentientiū ſub preſentia deo amantiſſimi
imperatoris noſtri cōſtantini. ⁊ omniū decre
to placuit anathematizari impiam eius ſectā
⁊ iniqua atqꝫ ſine deo verba. ſimul et nomia
quibꝰ vtebatur de filio dei blaſphemās ⁊ di-
cēs. ex nō exiſtantibꝰ eſſe. ⁊ iterum. Fuit aliqn̄
quādo nō fuit. quomō em̄ fuit aut quomodo
vero non fuit. ⁊ pro libero arbitrio malitie at
qꝫ virtutis capabilē filiū dei dicentis et crea-
turam nominātis cum atqꝫ facturā. Hec igi
tur omnia fatua ⁊ inutilia ⁊ blaſphema ana-
thematizauit ſanctū ⁊ vniuerſale conciliū. et
necvſqꝫ ad auditū impie ſecte. atqꝫ humoris
huius intellectuū iniquorū ſenſum accomo-
dauit. Ea quidem q̄ de illis geſta ſunt qualez
terminū habuerit. oīa aut audiſtis aut au-
dietis. ne forte videamur nos viro obloqui
propter delictū ſuū improperia digna portā
ti. Tantū eteni valuit eius impietas. vt etiaz
theonas marmacenus. ⁊ ſecūdus ptolomai
dis ea vterent̄. idem em̄ ⁊ illi dānati ſunt. Sꝫ
quoniā ineffabilis gratia dei illas quidē ma
las ſectas ⁊ blaſphemias ⁊ diſcordiam et au-
daciā perſonarū ⁊ diuiſionē predicta cōmo
nitione deſtruens liberauit egyptū. relinque
bant̄ autē que ꝑ petulantiā melicij geſta ſunt
⁊ eorū qui ab eo ſunt ordinati. etiam ex hac ꝑ
te que placuerūt ſynodo vobis inſinuamus
fratres chariſſimi. Placuit ergo meliciū qui
clementi cōſilio dn̄i ſubtili veraqꝫ ratione nul
lam veniā mereret̄ manere q̇dem in propria
ciuitate. nullā vero omnimodis habere pote
ſtatē neqꝫ eligendi neqꝫ ordinandi. nec in pro
uincia nec in qualibet ciuitate videri. purūq;
qꝫ nomē tantummodo poſſidere. eos aūt qui
ab ipſo ſunt cōſtituti. myſtica ordinatiōe fir-
matos habere honorē ⁊ miniſteriū. vt tamen
ſequentes ſint modis omnibꝰ vniuerſoruz in
ſingulis parrochijs et eccleſijs chariſſimo et
cōminiſtro noſtro alexandro cōſecratoruz. ⁊
vt hijs nulla poteſtas ſit placitos ſibi eligere
aut nomia eoꝝ preferre. aut omnino aliquid
agere preter voluntatē eccleſie catholice pre-
ſulis alexandri. gratia nanqꝫ dei ⁊ orationi-
bus veſtris in nullo ſciſma repertos. ſed ſine
macula in catholica ⁊ apoſtolica eccleſia per
manentes dignū eſt poteſtatē habere et eligē
di quēlibet et noīa eorū dandi qui clero ſunt
dignitatis abſolute facere omnia ſcd̄m legez
⁊ ſanctiones eccleſie. Si quem vero contige
rit requieſcere in eccleſia. tunc prouehi in ho
norem defuncti eos. qui nuper aſſumpti ſunt
ſolummodo ſi videant̄ digni. ⁊ populos eos
elegerit condecernēte ſimul ⁊ conſignāte ma
xime alexandrie ciuitatis epiſcopo. Hoc ita
qꝫ alijs quidem cōceſſum eſt omnibꝰ. In per
ſona vero melicij nequaqꝫ eadem placuerūt
propter priorē indiſciplinationē eius. ⁊ pro-
pter procacitates eius. ac petulantie volunta
tem. ne vlla daretur auctoritas. vel poteſtas
homini qui poſſet rurſus eaſdē indiſciplina
tiones inſtruere. Hec ſunt ꝑcipua ⁊ compe-
tentia egypto ⁊ ſanctiſſime aleyandrinorū ec
cleſie. Si q̇d aliud ordinatū eſt aut dogmati
ſatum preſente dn̄o atqꝫ chariſſimo cōmi-
niſtro ⁊ fratre alexādro. ipſe preſens vobis po
terit ſubtilius aperire tanqꝫ auctor geſtorū et
cōmunicator exiſtens Euangelizauimus vo
bis ⁊ de conſonantia ſanctiſſimi paſce. quia
veſtris orationibꝰ eſt correctū etiā hoc opus.
ita vt omnes orientales fratres qui cū iudeis
primitus celebrabant. conſone cū romanis
et vobiſcū ⁊ cum omnibꝰ ab initio paſca cu-
ſtodientibus ex hoc tēpore debeant cuſtodi-
re. Exultantes itaqꝫ in hijs que geſta ſunt. et
in cōmuni pace atqꝫ concordia ⁊ in eo quod
oīs radicitus eſt hereſis auulſa. cum ma-
iori honore ⁊ ampliori charitate. ſuſcipite cō
miniſtrū noſtrū veſtrum pontificem allexan
drū: qui nos ſua preſentia letificauit. tantūqꝫ
laborē pro pace veſtra etiam in hac etate ſu-
ſtinuit. Orate ſimul ⁊ pro nobis omnibꝰ: vt
que bene placuerūt firma permaneāt per do-
minū noſtrū ieſum chriſtū ſcd̄m bonā volū-
tatē facta ſicuti credidimus deo ⁊ patri in ſpi
rituſancto: cui eſt gloria in ſecula Amen. Tri

nitas conſubſtantialis eterna eſt ieſus.

¶ Socrates.

X hac igitur epiſtola ſynodi manifeſtū
eſt:qꝛ non ſolū arrium ⁊ conſortes eius
anathematizauit:ſed etiam verba ſecte ipſius
et quia de paſca concordātes hereſiarchā me
letium ſuſceperunt.

## Capitulum.xiij.

Ouet autē me feruor imꝑatoris etiā
ex alia re eius volūtatis habere me-
moriā. ⁊ queādmodū pro concordia
cogitabat. Habens enī prouidentiā pacis ec
cleſiarū. vocauit ad ſynodū ⁊ etium nouatia-
noꝝ religionis epiſcopū. Poſtq̄ꝫ vero ſcripta
et ſubſcripta eſt a cōcilio fidei diffinitio:req̄-
ſiuit imꝑator etium ſi ⁊ ipſe conſentiret in fi-
de ⁊ definitione paſcalis feſtiuitatis. At ille.
nihil inquit noui o imꝑator:q̄ ſynodus diffi
niuit. ſic enī olim ⁊ a tēporibus apoſtolorum
ipſe percepi. ⁊ terminū fidei. ⁊ tempus paſca
lis feſtiuitatis. Porro denuo imperatore req̄
rente. Cur ergo te a cōmunione ſepas. ille ea
que ſub decio geſta ſunt. perſecutiōis tēpore
replicauit ⁊ ſubtilitatē acerbiſſime regule de
duxit ad mediū:quia nō oporteat eos q̄ poſt
baptiſma peccant peccato: qđ mortē eſſe ſcri
pture diuine pronūciant cōmunicatione ſa-
cramentorū fieri dignos:ſed mutandos qui
dem ad penitentiā. ſpem vero remiſſionis nō
a ſacerdotibꝫ:ſed a deo ſolūmodo ſuſtinere:q̄
poteſtatē habet peccata remittere. Hec cum
dixiſſet etius imꝑator ait. O eti pone ſcalam.
⁊ ſi potes aſcende ſolus in celum. Hec nec eu
ſebius pamphili nec alij dixerūt. Ego ꝟo au
diui a viro nequaq̄ꝫ mentiente qui ⁊ valde ſe
nex erat. et tanq̄ꝫ qui viderat ea que fuerāt in
concilio geſta referebat.

## Capitulum.xiiij.

¶ Sozomenes.

Jnodus aūt corrigere volens homi
nū vitam ⁊ in eccleſijs cōmorantiū
poſuit leges quas canones appella-
mus. in quorū tractatu videbat᷑ aliquibus in
troducere legez. vt epiſcopi ⁊ preſbyteri. dya-
coni ⁊ ſubdyaconi cū cōiugibꝫ:quas ante cō
ſecrationē duxerant nō dormirent. Surgēs
autē in medio paſuntius cōtradixit. bonora-
biles confeſſus nuptias ⁊ caſtitatē. eſſe dicēs
concubitū cū propria cōiuge. ſuaſitq̄ꝫ cōcilio
ne talem poneret. grauē eſſe aſſerēs cauſam.
que aut ipſis aut eorū cōiugis occaſio forni-
cationis exiſteret. Et hec quidē paſuntius li
cet nuptiarū inexpertus eſſet expoſuit. ſyno-
duſq̄ꝫ laudauit. eius ſententiā ⁊ nihil ex hac
parte ſanxiuit. ſed in hoc in vniuſcuiuſq̄ꝫ vo-
lūtate:non in neceſſitate dimiſit. Hijs a con-
cilio ita diſpoſitis:cōtingit vicēnalia cōſtan-
tini principis prouenire. Et eſt cōſuetudo ro
manorū vnūquodq̄ꝫ decenniū imperatorum
publica deuotione celebrare. Oportunū er-
go iudicans cōſtantinus inuitauit tūc ad cō
uiuia ſynodū ⁊ donis cōpetentibus honora
uit. ⁊ ammonitoſq̄ꝫ de ꝯcordia fidei ⁊ cōmu
ni inter alterutros pace. petita ab eis oratiōe
valedixit vniuerſis in nicea. ſcribēs abſenti-
bus que fuerint in ꝯcilio celebrata ⁊ inuitās
vt ab omni diſcordia recedētes. cōcordarent
in expoſita concilij fide. que nihil aliud niſi
dei ſententia videret᷑ ex conſonantia tantorū
⁊ talium ſacerdotū. ſancto ſpiritu cōſtituta ⁊
poſt inquiſitionē ſubtiliſſimā ⁊ aniaduerſio-
nē dubitationū omniū comprobata.

¶ De Arrio ⁊ ſcriptis eius.

## Capitulum.xv.

¶ Socrates.

Jctor conſtantinus maximus augu
ſtus epiſcopis ⁊ populo. Malignos
⁊ impios arrius imitatus. dignū eſt
vt illorū quoq̄ꝫ ſuſcipiat vltionē. Sicut igit᷑
porphirius diuine pietatis inimicus. iniqua
volumina cōtra religionē proferēs. dignā ꝑ-
meruit inuenire mercedem. ⁊ talez per quam
in poſterū eſſet obprobrio ⁊ plurima cōplere
tur infamia. ⁊ nūc placuit arriū ⁊ conſectato
res eius vocari porphirianos. vt quorū mo-
res imitati ſunt eorū vocabulo ꝑfruant᷑. Su
per hec autē ſi qua conſcriptio ab arrio facta
reperit᷑ igni tradat᷑. vt nō ſoluz doctrīa praua
eius depereat. ſed neq̄ꝫ vlla ei⁹ poſſint rema-
nere documēta. Hoc etiā precipio. ſi quis cō
ſcriptiones arrij celaſſe cōperitur ⁊ nō repen
te proferēs igne conſumpſerit mortis ſuppli-
cio ſubiacebit. Mox enī cū in hoc fuerit ca-
ptus:capitalem ſuſcipiet vltionez. deus vos
cuſtodiat.

¶ De cōfectione ſacrorū librorū ſcriptum eu
ſebio paleſtine.

## Capitulum.xvj.

¶ Theodericus.

Jctor cōſtantinus maxim⁹ pius eu
ſebio. Ut in noſtri noīs ciuitate co-
gnouimus ſaluatoris noſtri dei pro

ſpiciẽte ſolatio. maxima hominũ multitudo
ſanctiſſime ſe dicauit eccleſie. vt hoc cremẽto
valde proficiente dignũ eſſe videat̃ etiã eccle
ſias i ea plures edificari. Quapropter quod
viſum eſt noſtre volũtati. decuit nos tue no=
tũ facere ſapientie: quatenꝰ quadraginta mẽ
branacios codices bene cõfectos. ⁊ ad vſum
abiles ⁊ artificibꝫ antiquarijs et perfecte artẽ
ſciẽtibꝫ ſcribi precipias. diuinarũ quippe ſcri
pturarũ quarũ maxime confectionẽ ⁊ vſum
neceſſariũ eccleſijs eſſe noſti. Directe ſunt em̃
littere noſtra tranquillitate ad prouincie iu=
dicẽ. quatenus oĩa confectioni eorũ neceſ=
ſaria prebere curet. Ut em̃ citius codices cõ=
ſcripti cõficiant̃. erit opus diligentie tue. Nã
⁊ duo publica vehicula ad deferẽdos eos. ex
auctoritate reſcripti noſtri te ꝑcipere ꝯuenit.
Sic em̃ ⁊ maxime bene cõſcripti vſqꝫ ad no=
ſtrũ perducent̃ aſpectũ. vno quippe tue eccl'ie
hoc exequẽte dyacono. Qui dũ ad nos vene
rit. experiet̃ noſtre munificẽtie pietatẽ. Deus
te cuſtodiat frater chariſſime.

¶ Theodoricus.

Ufficiunt quidẽ hec ad cõijciendũ. ma
gis autẽ aperte ad noſcendũ. queãdmo
dũ famoſiſſimus impator ſuũ ſtudiũ circa ſa
cra cõſtituit. Attamẽ adijciam. q̃ etiã circa ſa
lutare ſepulchrũ geſſit. Agnoſcens em̃ quoni
am elati ⁊ circa culturã bachantes ydolorũ.
ſepulchrũ dñi ſordibꝫ operuerant. obliuioni
tradere tendentes memoriã ſalutarẽ. ⁊ deſuꝑ
templũ edificauerũt luxurioſiſſime demonis
id eſt veneris. vt illic virginũ cantibꝫ inſulta=
rent. ꝑcepit deſtrui ſceleratiſſimũ templũ. ip=
ſumqꝫ puluerẽ funeſtis ſacrificijs violatum
eijci. ⁊ procul a ciuitate diſpergi. deinde ſacra
riũ edificari deo maximũ atqꝫ pulcherrimũ.
ſicuti deſignat̃ ex eius epiſtola ad machariuꝫ
ipſius ciuitatis epiſcopũ deſtinata.

¶ De Euſebij nicomedienſis. ⁊ theogini ni=
ceni penitentia.

## Capitulnm. xvij.

¶ Socrates.

Uſebius igitur ⁊ theoginus penitẽ
tie libellũ ſummis epiſcopis dirigen
tes. ab exilio reuocati ſunt imperiali
ꝑcepto. ⁊ ſuas eccleſias receperũt. expellẽtes
qui in eorũ locis fuerãt ordinati. id eſt. euſebi
us amphionẽ. chriſtũ vero theoginus. Cuiꝰ
libelli exemplar hoc eſt. Dudũ quidẽ ante iu=
diciũ reuerentia veſtra cõdemnati. patienter
ferre q̃ decreta ſunt a ſancto cõcilio veſtro de
buimus. Sed quia nimis abſurdũ eſt. cõtra
noſmetipſos dare calũniatoribꝫ de taciturni
tate probationẽ. propterea referimus quoni=
am nos ⁊ in fide vna cucurrimꝰ ⁊ ſenſum ex
aminãtes de cõſubſtantialitatis ſermone cũ
cti pacificati ſumꝰ. nequaqꝫ ſequẽtes hereſim.
ſed cõmemorantes ad cautelã eccleſiarũ: que
noſtre ſubueniebãt mẽti. ⁊ ſatiſfaciebat eis q̃
bus pro nobis ſuaderi debuerat in fide ſub=
ſcripſimus. anathematiſmo autẽ nõ ſubnota
uimꝰ. niſi tanqꝫ fidẽ accuſantes. ſed velut nõ
credẽtes talẽ eſſe eũ qui fuerat accuſatus. cer
ti de eius ad nos directis epiſtolis ⁊ int' nos
diſputationibus habitis. Si igit̃ ſatiſfactuꝫ
eſt ſancto veſtro cõcilio: nõ reluctãtes ſed cõ=
ſentientes decretis veſtrꝭ. etiã hac cõſcriptio=
ne ſatiſfacimus vobis. nõ exiliũ graue feren=
tes: ſꝫ ſuſpitionẽ abijciẽtes hereſeos. Si em̃
dignamini nũc in vultu veſtro nos recipere
habebitis in oĩbus cõſonãtes ⁊ veſtra ſequẽ
tes pariter inſtituta: quãdo etiã eũ qui accuſa
tus eſt in hijs placuit veſtre reuerẽtie clemen
tiã promereri atqꝫ reuocari. Abſurdũ nanqꝫ
eſt. ſi is qui putat̃ eſſe reus. reuocat̃ ad ſatiſfa=
ciendũ in quibꝫ ei derogabat̃. vt nos contra
noſmetipſos ꝓbeamꝰ ꝑ taciturnitatẽ increpa
tionis indiciũ. Dignamini ergo ſicut cõuenit
vr̃e venerationi ⁊ deo amãtiſſimũ principem
cõmonere. ⁊ ꝓces tractare nr̃as ⁊ velociter de
notis q̃ nobꝭ cõueniũt cogitare. Hic quidẽ li
bellus eſt reuerſionis euſebij ⁊ theogini. Ex
verbis aũt eius conijtio. qꝛ iſti quidẽ dictate
fidei ſubſcripſerũt. damnationi vero arrij cõ
ſentire noluerũt. ⁊ quoniã arriꝰ ante iſtos re=
uocatꝰ agnoſcit̃. Sed licet hoc ita ſe habere
videat̃. tñ allexandriã accedre prohibitus eſt
Hoc autẽ oſtendit̃ ex eius cogitatiõibꝫ. quas
poſtea molitus inuenit̃ figmẽto penitẽtie ſue.
ſicut oportune patefiet.

## Capitulum. xviij.

¶ Socrates.

Mperator interea poſt cõcilium de
gebat lexꝰ. Celebrata ꝰ feſtiuitate pu
blica vicennaliũ ſuorũ mox ad erigẽ
das eccleſias feſtinꝰ acceſſit. hocqꝫ faciebat ꝑ
ſingulas feſtiuitates. ⁊ in vrbe cognoĩs ſui.

¶ Sozomenes.

Am cũ oĩa proſpere ei cederẽt propri
am voluit habitare ciuitatem. veniẽſqꝫ
ad campũ ante ilium poſitũ iuxta helleſpon
thũ ſuꝑ eantis tumulũ. vbi achiui ꝯtra troiã
pugnãtes habuerũt caſtra. ciuitatẽ deſigna=

uit. portaſq; fecit q̄ hactenus videntur a naui
gantib9. Hoc agenti deus p noctē apparuit:
monēs vt aliū quereret locū. eūq; monēs ad
byzantiū thracie illic eum habitare iuſſit.

Que cū primitus byzantiū vocaret̄: au-
xit ⁊ maximo eū muro circūdedit. ⁊ di-
uerſis ornatā fabricis equā impiali rome cō-
ſtituit. ⁊ denoiatam cōſtantinopolim appella
ri ſcd̄m romā lege firmauit. ſic̄ lex ipa in mar
morea platania noſcit̄ eſſe cōſcripta. ⁊ in ſtra
tegio iuxta equeſtrē ſtatuā etiā eſt conſtituta.
In hac quoq; ciuitate duas edificauit eccle
ſias. quarū vnā noiauit hyrenē. aliam vo no
minauit apoſtolorū. Non ſolū aūt ſicuti dixi
auxit cōſtantinus: xpianorū dogmata. ſed
etiā paganorū tēpla deſtruxit. Simulachra
nāq; ornata publice i cōſtantinopolitana vr-
be ꝓpoſuit ⁊ tripodas delphicos in circo ad
ſpectaculū dedit. q̄ cum ipo videant̄ aſpectu
ſuꝑflue referunt̄.

¶ Socrates.

Preterea mater impatoris helena cuius
cognomie deprani pnceps ciuitatē di-
cauit helenopolim ammonita p ſomniū ad
hieroſolymā preparauit. ⁊ quondā hieruſalē
deſerta ſicut pomorū cuſtodiā inueniēs. req̄-
ſiuit ſepulchrū xpi qd̄ licet difficilime tamen
inuenit. Ita repente deiici iuſſit templū illud
ſceleſtiſſimū. ⁊ palam facto dn̄i monumento.
apparuerūt circa eū ſuffoſſe tres cruces et cla
ues ſimul ⁊ titulus litteris hebreis. grecis. la
tiniſq; ꝯſcriptꝰ. ieſus nazarenꝰ rex iudeoꝝ.

¶ Sozomenes.

Igitur autē quia etiā mortuus cruc̄ ta
ctu reſurrexit. De h̄ ligno ſibilla apud
paganos dixit. O ter quaterq; beatū lignū:
in quo deus extenſus eſt. Tunc ergo q̄ crux
eſſet domini que latronū dubitare ceperunt.
Proinde macharius ciuitatis preſul huiuſ-
modi tractatu dubitationē ſoluit. Mulieri
nanq; nobilitate clare longa egritudine fati-
gate. vnam illarū crucū cum oratione prom-
ptiſſima adhibēs virtutē ſaluatoris agnouit.
Mox enim vt mulierē crux attigit. paſſionē
ſeuiſſime egritudinis effugauit. et femine ſa
lutem reſtituit.

¶ Theodoricus.

Hic itaq; mater imperatoris: quod cupi
ebat agnoſcens. de clauis quidem qui-
bus manus chriſti fuerant pforate. alios in
galeam miſit imperatoris filij. capitis proui
dentiā gerens vt iacula bellica ſubmoueret.
alios freno equino permiſcuit. ad cautelam
imperatoris agens. et veterem prophetiā ad-
implens. Olim enī zacharias propheta cla
mauerat dicēs. Et erit quod in freno eſt ſan
ctū domino omnipotēti. Salutaris vero cru
cis partē aliquā regalibus diſtribuit.

¶ Socrates.

Quam cōſtantinus ſuſcipiens ⁊ credēs
ſaluari ciuitatem. vbi hec particula ſer
uaretur in ſua ſtatua. ſicut fertur in foro con-
ſtantini poſitā ſuper calumniā porphiricam
deuote condidit.

Reliquam vo partem in argentea theca
clauſam.. ciuitatis tradidit ſacerdoti. et
vndiq; congregatis artificib9 maximas illic
ornataſq; edificauit eccleſias. Hijs ita ge-
ſtis. cōtinuo exhibitis virginib9 ſacris. ⁊ ipa
miniſteriū ancille gerens vltra octogeſimū
etatis annū agens: ⁊ hijs ſimilia faciens re-
dit ad filium. ⁊ cū leticia trāſiuit a ſeculo. mul
ta filio pietatis mandata cōmittens. nouiſſi-
mis benedictionib9 adimpleto.

¶ Socrates.

Poſt hec ergo imperator curā maximā
chriſtianorū habens. paganoꝝ ſuper-
ſtitiones auerſabat̄. remouitq; monachias
et ſuas imagines in templis poni precepit. et
cubitum quo menſurat̄ nilus nō iam in tem-
plum ſe rapidis annis ſingulis: ſed in eccleſi
as portari ſanxiuit.

¶ Sozomenes.

Hominib9 itaq; volens ſimilem mon-
ſtrare conſtantinopolim rome fruſtra-
tus non eſt. nam ⁊ corporibus ⁊ diuicijs ma
ior effecta eſt. Qd̄ ideo prouenisse credo pro
pter amorē dei quē ciuitas gerit. ⁊ habitato-
rū circa indigentes auxiliū. In tantū nanq;
fides creuit. vt multi quidem iudeorū ciuiū.
pagani vero omnes pene chriſtianā illic con
uerterent̄ ad fidem. in qua vrbe creſcēte. quo
tempore religio noſcit̄ ampliata. neq; are: ne-
q; pagana templa aut ſacrificia facta ſūt. ni-
ſi ſub iuliano breui tēpore quod mox proba
tur extinctum. Hanc igitur tanq; nuper cō-
ditam chriſti ciuitatē conſtantinus ſuo no-
mine dedicauit. multis eam ⁊ magnis hono
ribus ⁊ eccleſijs exornans. iuuabatq; diuini-
tas imperatoris vota. ⁊ apparitionibus mul-
tis indicabatur: quia ſancte ſalutareſq; eſſent
que illic edificabant̄ eccleſie.

## Capitulum. xix.

Aſignis itaq; locus ex illo tempo-
re claruit peregrinis et vrbicis. vbi

olim quidem veſta colebatur. poſtea vero eccleſia eſt facta. Qui nunc locus michadium nuncupatur in dextera poſitus parte nauigantium a pontho ad conſtantinopolim. diſtās ab eo nauigio quidē ſtadijs fere .xxxv. per terrā vero circueūtib⁹ omnē ſinū vſqꝫ ad lxx. et amplius tendit̄. Sortitus eſt igit̄ is locus appellationē vſqꝫ nūc ſeruatam. eo ꝙ illic manifeſte cernitur apparere michael diuin⁹ archangelus. quod etiā ego intuitus eximie verū eſſe ↄfirmo. Oñdit igit̄ ħ ita eē etiā multis alijs virt⁹ diuina ꝑ ipſaꝝ rerū experimēta.

Quidā eñ in cauſis crudelib⁹ aut ineuitabilib⁹ periculis. alij vo in languoribus aut ignotis paſſionib⁹ incidētes. hic orātes ad deū liberari ꝓmeruerūt. Sed q̄ ſinguli ⁊ quomodo illic miracula cōtigerint: narrare longū eſt. Que vo ꝓuenerint aq̄lino nobis noto ⁊ i cauſis forenſib⁹ ſocio. partim ab eo audiēs. partim ipſe cognoſcēs neceſſario pandā. Cū eñ ardentiſſima febris rubeis coleris mota cōprehendiſſet. eſtuāti poculū dederūt medici qđ euomuit: moxqꝫ cū vomitu diffuſa colera ſuꝑficieʒ vultus eius ſimili ſui colore tinxerunt. Quobrem quicquid comederet ⁊ biberet euomebat. Cunqꝫ hoc diu pateret̄. nec eſca ad nutrimenta proficeret. heſitabat ars medicoꝝ. et dum morti vicinus eſſet. iuſſit ſuis vt eū ad hunc locū ducerēt. credēs aut illic ſe mori. aut languore ꝑuari. Jacentiqꝫ per noctē diuīa virtus apparens: p̄cepit: vt quicq̄d comederet in huiuſmodi potionē tingeret. que eſſet ex pipere. ⁊ vino. ⁊ melle confecta. Quo facto ab egritudīe liberat⁹ eſt. q̄ppe cū medicis ratione medicine videat̄ eſſe multū contrariū calida pocula colerib⁹ exhibere.

Xpulſo ſiquidem macedonio. eudoxius ſpernens antiochie ſedẽ. cõſtantinopolitanam inuaſit eccleſiam ſtudio fultus acacij. Qui obliti ſuorũ ſuis iudicijs cõtraria ſanxiuerũt. Nã cum prius dracontiũ depoſuiſſent: eo q̃ ex galacia tranſiſſet in pergamũ cogitãtes quod actum fuerat eudoxium ad ſedẽ aliam migrauerũt. Quo facto. lectã fidem arimino cũ augmento quod ipi in cõſtantinopolitana vrbe adiecerãt. vbiqꝫ dixerunt mãdantes vt qui nõ ſubſcriberent iuſſione impatoris exilio mitterent. Innotueruntqꝫ ſua facta ⁊ alijs orientalibus ſibi cõcordibus ⁊ patrophilo ſcytopoleos epiſcopo. qui de ſeleutia ad propriã mox redierat ciuitatẽ. Eudoxio ſiquidẽ conſtituto conſtantinopolim. tunc etiaꝫ maior eccleſia que dicitur ſophia dedicat conſulatu conſtancij decimo. et iuliani ceſaris tercio. quitadecima die februarij menſis. Eudoxius eñ cum ſediſſet in ſede illa prius vocem q̃ vbiqꝫ vulgata eſt protulit dicens. Pater aſebis. filius euſebis. Iſta duo greca verba diuerſos habent apud grecos intellectꝰ. Aſebis eñ dicit et impius ⁊ ſine cultu. euſebis dicit ⁊ pius ⁊ bene colens. Cunqꝫ dixiſſet hec verba turbatio generat in populo. quaſi patrẽ dixiſſet impiuꝫ. filiũ vero pium. Quo facto. nolite inquit turbari ad ea que dixi. Pater eñ aſebis eſt. quia nullũ colit. filius autẽ euſebis. quia colit patrem. Hec cũ dixiſſet eudoxius. turba quideꝫ ſedata eſt. multus ꝟo riſus cõpleuit eccleſiaꝫ. et hactenus illud dictum cũ deriſione ꝑmanſit. His eñ hereſiarche ſeductionibꝫ ſermonibus ſeditionibuſqꝫ vacantes. eccleſiam lacerarũt. Huiuſmodi ergo termino. etiam ſynodus conſtantinopolitana cõcluſa eſt.

Socrates.

## Capitulum. xl.

Bitur acacius ⁊ eius ſocij non ceſſabant. ſed cõgregata antiochiam que eis dudum placuerant deſtruebant. ⁊ ex ſcriptiõe q̃ arimino ⁊ cõſtantinopoli fuerat lecta nomẽ ſimilitudinis abſcidere nitebãtur. et per om̃ia ſubſtantiã atqꝫ voluntatẽ diſſimilẽ eſſe patri apud filium. ⁊ ex nõ exiſtentibus factũ introducebãt. ſicut arrio ꝑmo placuerat. quibus etiam cõſentiebant. Is enim etius poſt arrium ꝑmus apte his nominibꝫ vti pſumpſit. quapropt et ſine deo vocabat. eiuſqꝫ ſequaces propter hoc diſſimiles et ex non exiſtentiales ſunt dicti. ab his qui antiochia cõſubſtantialitati cõſentiebant. Hos ergo dũ requirerent cultores niceni cõcilij. cur in expoſitione fidei ſue deum ex deo filiuꝫ dicentes diſſimilẽ ⁊ ex non exiſtentibꝫ nomiare pſumerent. his ſermõibus reſpondebãt. Sic dictũ eſt deum ex deo. ſicut habet apud apoſ

ſtolū.omnia autē ex deo. Unus ergo omniū etiam filius dei ⁊ propterea poſitum eſt in expoſitionibus ſcdm̄ ſcripturas.

¶ Socrates.

## Capitulum.xli.

Uius verbi princeps fuit georgius laodicenus epiſcopus. Qui cū talia doceret.ignorauit queadmodū apoſtoli ꝓprietates ſuperiori tēpore origenes latius examinatus interpretatus ſit.

¶ Sozomenus.

Pterea dum adhuc athanaſius celaretur.georgius alexandria crudeliter paganos afficiebat. ⁊ aduerſantes ſibimet chriſtianos. Utroſq₃ em̄ cogebat ad ſuam venire ſententiā.et reſpuentes afficiebat. Erat em̄ apud ſapientes odibilis quaſi deſpiciēs eos et iudicibus imperās , apud populū ꝟo quaſi tyrannus ⁊ vltra potentes elatus. ꝓcipue tamen paganos opprimebat quos ſacrificare ⁊ paternas feſtiuitates agere prohibebat. Tūc em̄ milites ⁊ egypti duces armatos in ciuitatem introduxit. ymagines et ornamenta templorū abſtulit. quod ei poſtea cauſa₃ necis adduxit. Cyrillo ſiquidē depoſito ſicuti p̄dictū eſt. apprehendit hieroſolymorū eccleſiam herennius. et poſt illū heraclius. poſt quē hylarius. Hos em̄ tunc illā eccleſiam gubernaſſe ꝑcepimus. vſq₃ ad imperiū theodoſij principis. quādo rurſus cyrillus ad propriū remeauit epiſcopatum.

¶ Socrates.

Bitur macedonius conſtantinopolitana pulſus eccleſia damnationē non ferēs quieſcere reſpuebat. Declinauit em̄ ad eorum partē: qui apud ſeleutiā acaciū cū ſocijs depoſuerāt. miſitq₃ legationē ad ſophroniu₃ et eleuſiū. quatinus defendere expoſitam prius in antiochia fidē ⁊ poſtea ſeleutia roboratam. et ſimilis ſubſtantie fidē deuulgandam eſſe cōmonuit. Ad quē cōcurrūt multi familiariū. quia nūc ab eo macedoniani vocātur. Quicunq₃ enim in ſeleuceno concilio acaciū declinauerunt. aperte verbū ſimilis ſubſtātie ſanxiuerunt. cum prius hoc nō manifeſto inditio declaraſſent. Eſt em̄ opinio apud multos. quia non inuentū ſit macedonij. ſed magis marathonij nicomedienſis epiſcopi. vnde etiam marathonij vocitanť ad quos euſtachius expulſus de ſebaſtea cōfugit. Cumq₃ macedonius ſanctū ſpiritū comp̄hendere in tractatu diuine trinitatis declinaret tūc ⁊ euſtachius. ego inquit neq₃ deum nomiare ſanctū ſpiritū patior: neq₃ creatura₃ nomiare preſumo. Propter hanc ergo cauſam ſpiritū repugnātes appellāt hm̄oi pſonas hij q̄ in conſubſtantialitatis expoſitione cōcordant.

¶ Sozomenus.

Um itaq₃ macedonius eccleſia cōſtantinopolitana fuiſſet expulſus non ea q̄ acacius atq₃ eudoxius ſapiebāt. ſed tradebat magis filiū deū per omia ⁊ ſcdm ſubſtantia₃ ſimilē eſſe patri: ſcdm vero ſpiritū nō earū rerum eſſe participē ſed miniſtrū ⁊ perhibente₃ officiū: quecūq₃ de ſctis angelis dici poſſunt.

¶ Socrates.

## Capitulum.xlij.

Bitur ſequaces acacij in antiochia₃ magno ſtudio cōuenerūt. acti penitētia: quia ſimilē dixerūt filiū patri. Et conſulatu ſequēti. id eſt thauri ⁊ florencij. cu₃ euzoius eā gubernaret eccleſiā imꝑatori ibidem cōſtituto. pauci quide₃ rurſus mouebāt ea que dudū placuerant dicētes. oportere ſermonē ſimilis ſubſtātie auferri ab expoſitione fidei tradita. ⁊ eā in arimino quā cōſtantinopolitani nō celantes ſed apte dicētes: quia ꝑ omia diſſimilis fili⁹ eſſet patri nō ſolu₃ ſcdm ſubſtantiā ſed etiam ſcdm voluntatē. et ex nō exiſtentib⁹ eſſet ſicuti p̄dicauerat arrius. cu₃ quibus erant ſectatores etij.

¶ Theodoricus.

A ſiquidē tempeſtate dū perfidia accuſareť eudoxij inter alios ait euſtachius Quoniā de fide examinationē vis fieri o imperator eudoxij conſidera blaſphemias. obtulitq₃ ei expoſitionē inter alia ſic habentem. Que diſſimiliť ꝓferunť diſſimilia ſcdm ſubſtantiā ſunt. Unus deus pater ex quo omnia ⁊ vnus dn̄s ieſus chriſtus ꝑ quē omia. Diſſimile autē eſt ex quo ⁊ per quē. Diſſimilis ergo filius deo patri eſt. Hac lectiōe cōmotus imperator requiſiuit eudoxiū ſi fatereť ſuam At ille negauit dicēs: quia eſſet etij. Quē cu₃ iuſſiſſet imꝑator adduci requiſitus. licet eius nō fuerit. ſuā eſſe ꝓfeſſus eſt. ⁊ ideo exilio deſtinatus. Euſtachius tamē etiā eudoxiu₃ ita ſapere proclamabat exigēs vt ſcripturā anathematizaret etij. Qui licet tarde. fecit tamē ⁊ damnauit quod ipſe prius ⁊ poſtea p̄dicabat Deinde etiam ipſe exigebat. vt ille omouſion anathematizaret qd̄ ſcripture non haberent. Tunc ſiluan⁹ ⁊ ex nō exiſtentib⁹ inquit et creatura ⁊ alterius ſubſtantie ſcripta nulla ſunt.

Iuſtū eſt ergo hoc abdicari. Quod imꝑator quoq₃ decreuit vt fieret. Qui licet cū difficultate fecerunt. Quo geſto exigebant vt et ipſi omouſion abdicarent. Tunc diſputatiue atq₃ veraciter ſiluanus ait. Si ex non exiſtentibus nō eſt. neq₃ creatura ex alia ſubſtātia deus verbū. igitur conſubſtantialis eſt genitori patri ſicut deus ex deo: ꝛ lumen ex lumīe eā₃q₃ habet cū genitore naturam. Tūc imꝑator iratus exiliū interminatus eſt eis. At illi. poteſtatē inquiūt habes puniēdi. nō tamen nos patrū ſtatuta deſtruimus. Tunc imꝑator illos pelli iuſſit eccleſijs ꝛ pro eis alios ordinari. Tūc eudoxius cū tyrannice cōſtantinopoleos teneret eccleſiā pulſo eleuſio cizici eunomiū ordinauit epiſcopu₃. ꝛ etium in ſcriptis abdicauerūt cuius videbantur eſſe cōſortes. ſcripſeruntq₃ georgio quod fuerat geſtum.

¶ Exemplar epiſtole vniuerſi cōncilij ad Georgiū contra Etium ꝓter nephariā blaſphemiā eius.

Sancta ſynodus cōſtantinopolim congregata dn̄o honorabili alexandrine ciuitatis epiſcopo georgio ſalutē. Synodo reꝑhendente etiū ꝓpter nephandas eius et plenas ſcandalis ſcripturas ſcd̄m cōſequentia₃ eccleſiaſticarū ſanctionū ſup eo ab epiſcopis actū eſt qđ decebat. Dyaconatu nanq₃ depoſitus eſt ꝛ ab eccleſia factus extraneus ꝛ a nobis hec monita proceſſerūt: vt neq₃ ad lectionē cuiuſq₃ veniat nephande eius epiſtole. ſed abijciant̄: eo q vehemēter inutiles ſint. Hijs autē adijciemus etiū anathematizandū eu₃ ſi permanet in eo propoſito cū ſequacib⁹ ſuis. Cōſequens em̄ erat: vt omēs in ſynodo cōuenientes epiſcopi deponerent auctorē ſcandalorū ꝛ ſciſmatū in omni terrarū orbe factorū inter eccleſias. ꝛ cōcordarent in ſententia cōtrā eu₃ iuſte prolata. Sed extra vota ſpemq₃ noſtrā ſeras ꝛ ſtephanus heliodorus ꝛ theophilus in noſtra ſentētia cōcordare noluerūt neq₃ in eius depoſitione ſubſcribere. cū ſcilicet ſeras etiā aliam veſanā arrogantiā eiuſdē accuſaret etij. Dicebat em̄ eum aſperiora preſumere atq₃ dixiſſe: quoniā ea que de⁹ hactenus celaſſet apoſtolis reuelata ſibimet affirmaret. Poſt huiuſmodi ſuperbos veſanoſq₃ ſermōes a memorato ſera de etio proteſtatos flecti precibus nequiuerūt. vt in noſtra fierēt determinatione cōcordes. Ueruntamen non lōganimitate detēti multo tempore ſuſtinuimus eos. nunc indignantes. nunc rogantes. nūc interminātes. nunc iterū ſupplicantes vt conuenirent nobiſcū ꝛ conſona omī concilio diffinirent. Suſtinebam⁹ ergo ſi forſan audirent. ſi forſan intelligerent: ſi forte proſpicerent. Cumq₃ multo tēpore nobis perdurantibus non flecterent̄ ſequi ſententiā ſup predicto viro prolatam eccleſie honorabiliorem eſſe q̄ virorū amicicias iudicantes. finiuim⁹ contra eos excōmunicationis tēpus ſex mēſium ad agendā penitentiā. eis dantes inducias. vt ſi in hoc tēpore cōuerterentur ꝛ conſentirent diffinitionib⁹ fratrū ſuorū ſuſciperētur in eccleſia ꝛ propriā fiducia₃ caritatemq₃ pararent. ſi vero ſine ſententia permanerent amiciciaſq₃ hominū regulis eccleſie ꝛ cōcordie noſtre proponerent. tūc eos epiſcopatus dignitate eſſe iudicamus extraneos. Quib⁹ depoſitis neceſſariū erit. vt in eoru₃ locis alij conſtituant̄ epiſcopi. quatenus legalis eccleſia cōpetentem ſumens ordinem ſibimet concordet epiſcopis. videlicet vniuerſis ſeruantibus vinculū charitatis. eademq₃ cūm perfectione dicēdo in vno intellectu vnaq₃ eſſentia. Ut ergo cognoſcas que concilio placuerunt: hec tue reuerentie ſcripta trāſmiſimus orantes. vt in gratia chriſti iſta cuſtodiēs pacifice ꝛ legittime regas ſub te conſtitutas eccleſias.

# Capitulum. xliij.

Tunc etium eunomius ſuis libris extaltat. et homine₃ dei vocat. multiſq₃ fauorib⁹ honorat. Sed tunc et abdicantibus eū interfuit ꝛ ab eis epiſcopale₃ ordinationē ipſe ſuſcepit. Eudoxius igit̄ ꝛ acacius cum ſuis cōſenſum prebentes hijs que in nicea thracie geſta ſunt pro baſilio et eleuſio alios cōſtituerunt epiſcopos: de quib⁹ ſuperuacuū loqui non cenſeo de eunomio ſolū habito ſermone narrabo. Igitur cu₃ eleuſio viuo cizicenam eccleſia₃ percepiſſet eunomius. et populi ſalubritatē videret eudoxius atq₃ imperatorē conſpiceret ſeuientē cōtra eos qui creatū profitebant̄ vnigenitum dei filiū. eum cōpulit vt celaret hunc ſenſum. nec eum aperiret inueſtigantib⁹ accuſationibus: dicens eunomio quoniā oportuno tempore ꝑdicabimus que modo celamus et ignorātes docebimus. et contradicentes aut flectemus aut cogimus aut punimus. Hijs promiſſionibus perſuaſus. eunomius obumbratā proferebat impietatem. Sed q̄ diuinis ſunt educati ſermonib⁹ videntes dictorū calliditate₃. moleſte quidē ferebant aperte vero cōtradice

re p̄ſumptionis opus et nō ſapientie iudica=
bant. Circūponentes ergo ſpeciē ſibimet he
retice prauitatis ⁊ hoc ſe eſſe fingētes acceſſe
runt ad domū eius rogantes: vt eius expone
ret apte dogmatis veritatē: nec paterent̄ huc
⁊ illuc eos diuerſiſqꝫ ferri doctrinis. Tūc ille
accepta p̄ſumptione ſenſum quē celabat ape
ruit illis dicentibꝫ nimis eſſe nephariū: vt nō
omēs ſub eo ꝯſtituti veritate fruerent̄. Hijs
⁊ huiuſmodi ſeduct⁹ verbis in ꝯuentu eccle
ſie ſuam blaſphemiā reuelauit. At illi zelo ſu
as aīas accendentes ad conſtantinopolim
perrexerūt: et primū quidem apud eudoxiū
inſcripſerunt eunomiū. Quo eos non ſuſcipi
ente adeuntes principē peſtem illius cum ge
mitu pandiderūt. Dicebant eīm potius iſtius
dicta impia eſſe ꝙ̄ arrij. Pro hijs indignat⁹
imperator precepit eudoxio: vt deducerent̄ eu
nomius ⁊ cōuictus ſacerdotio nudaret̄. Cū
qꝫ frequenter ab accuſatoribꝫ importunitatē
paſſus eudoxius declinaret. adierunt rurſus
imperatorē ingemiſcētes: quia nihil quod p̄=
ceperat feciſſet eudoxius: ſed tantā deſpiceret
ciuitatē blaſphemijs eunomij pereuntē Tūc
cōſtantius expulſurū ſe interminatus eudo
xium eſt: niſi eunomiū iudicandū deduceret
et conuictū in accuſatione puniret. Hoc me=
tuens eudoxius ſcripſit eunomio: vt de cizi=
co fugeret ſibiqꝫ reputaret nequaqꝫ eius mo=
nitionibus obediſſe. Verū eunomius metu=
ens abſceſſit quidē: ſed contumelias non fe
rens proditionis quidē accuſabat eudoxiū
leſumqꝫ ſe ⁊ etium aſſerebat: ac deinde ꝯgregē
proprie cohortis inſtituit. Quicūqꝫ enī eius
dogmatis cōcordiam ſequebant̄. ab eudoxio
receſſerunt proditionē accuſantes eius. ſoci=
antes ſemetipos eunomio qui hactenus ab
illo nomē habere noſcunt̄. Hinc ergo auctor
hereſis factus eunomius impietatis cumu=
lo auxit arrij blaſphemias: Quia vero arro=
gantie ſeruiens paſſioni propriū probatur fe
ciſſe collegium. ipa que geſta ſunt cōclamant
Nam cū abdicatus eius fuiſſet expulſus cū
eo egreſſus non eſt. licet doctorem eū ⁊ dei ho
minē nominaret. ſed manſit cōiunctus eudo
xio. Cum autē impietatis penas exigeret̄. ra=
tum non habuit concilij decretū. ſed epiſco=
pos ordinauit atqꝫ p̄ſbyteros epiſcopali di=
gnitate priuatus.

¶ Socrates.

## Capitulum. xliiij.

Er idē tempus in laodicia ſyrie duo
erant viri vno nomīe nuncupati pa=
ter atqꝫ natus. vterqꝫ dicebat̄ appolli
naris. pater preſbyterij dignitate functus fili
us autem habens lectoris officium grecorū
ambo doctores eloquiorū. Pater grammati
cus: filius erat rethor. Pater nanqꝫ cum fuiſ
ſet alexandrinus genere ⁊ prius docuiſſet in
berycho. poſtea venit ad laodiciam vbi veni
ens duxit vxorē. et filiū habuit appollinarē.
Tunc igitur ambo exercebant̄ cum epipha=
nio ſophiſta: et cū eſſent eius amici valde fo=
uebant eum. hoc metuēs theodotus laodice
nus epiſcopus: ne frequēti confabulatiōe ſo=
phiſte declinarent ad paganitatē prohibuit:
ne ad eius ſcholas accederēt. Qui paruipen
dentes epiſcopum epyphanij amicicias ma
gis amplectebātur. Poſtea georgius theo=
doti ſucceſſor cū eos prohibere nō potuiſſet:
ambos cōmunione priuauit. Tunc appolli=
naris filius arbitratus iniuriam ⁊ fretus elo
quij tumore ſophiſtici nouitatē: ⁊ ipe introdu
xit hereſeos que nūc fertur nomē ab inuento
re gerens. Aiunt enī quidā excitatos eos ad
uerſus georgiū non tantū propter predictam
cauſam. ſed quia videbāt eum varia dogma=
ta proferentē. et nunc quidē profitentē ſimilē
patri filium ſicut erat ſeleutia conſtitutū. nūc
aūt arrianā declinare ſententiā. Quapropter
velut oportunam ſumentes occaſionē abſce
dunt. Cumqꝫ nullā eis intenderet ſub ſceme
te religionis peſtem hereſeos introducūt. Et
primū quidē dicebant animā a deo verbo in
diſpenſatione incarnationis nō aſſumptam:
deinde quaſi penitentia ducti corrigentes ſe=
metipos. adiecerunt animā quidē aſſumptā
que nō tamen haberet mentē: ſed deū verbū
eſſe pro mente in homine aſſumptum. Circa
hoc itaqꝫ ſolū dicuntur eſſe corrupti qui nūc
illorū nomine vocitant̄. Nam trinitatē con
ſubſtantialē eſſe profitentur.

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xlv.

Um inter hec ſaporis rex perſarum
contra romanos caſtra metaret̄. con
ſtantius cū magno exercitu veniens
ad antiochiam fugauit hoſtes. Qđ non mi=
litia romanorū egit ſed deus qui colitur a ro
manis. Tropheū victorie ergo nunc ſtudeo
narrare. Niſibis quam quidā ab antiochia
migdoniam vocant in termino poſita eſt per
ſicarum romanarūqꝫ terrarum. Huius erat

episcopus atqꝫ rector. et dux iacobus apoſtolice gratie radijs illuſtratus. cuius digna laudandaqꝫ miracula in hac hyſtoria conſcribere aut enumerare ſuperuacuum iudicaui. ſed vnũ tantũmodo eius miraculum cauſa narrationis exponam. Huius igit̃ ciuitatem romanis ſubditaꝫ perſarũ exercitus obſidebat. Et cum ſeptuaginta dies iugiter obſeruaret. et multas quidē cepiſſet ciuitates plurimaqꝫ circa hanc molimina poſuiſſet. et vallos atqꝫ foſſata pro capienda vrbe feciſſet. eam nequaqꝫ q̃ valuit obtinere. Poſtea vero per ſe impetũ migdonij fluminis per ciuitatē mediam properantes a longe retinentes. et vtraſqꝫ ripas eius facientes celſiores: vt aqua in ſe collecta concreſceret quo in maiore poſſet irruere. cuꝫ vidiſſent iam etiam illas quas fecerant ſublimes ripas impleri. ſubito auferentes quas fecerāt cataractas dimiſerũt impetuꝫ fluminis contra murũ. Qui vehementis aque pōdus non ferens eſt inclinatus ⁊ occidit. Quo facto ingrediens aqua cũ magno impetu etiaꝫ aliam partem muri vnde fluuius ſolebat exire cum magna ruina depoſuit. Hoc ſaporis inſpiciēs credidit ſe ſine pugna capere ciuitatem. Et ille quidem die quieuit vt ⁊ fundus fluminis purgaretur ⁊ poſſet ambulare et intrare per fluuiũ. Altera vero die cũ omni militia credens per loca ruinoſa murorum ciuitatem intrare. vidit murũ ex vtraqꝫ parte fabricatũ. Ille nanqꝫ ſacratiſſimus homo orationibꝰ milites coarmauit ⁊ alios vrbis habitatores. Quo facto ⁊ murũ reſtituit ⁊ propugnacula fecit quibus repelleret accedētes. Et hoc non ad murũ veniens egit. ſed intra templa ſacrarũ domino ſupplicans adimpleuit. Porro ſaporem nō ſolũ muri fabrica terruit. ſed etiam altera viſio perturbauit Vidit enim ſtantē ſupra murum quendā imperiali ſcemate circumamictũ ⁊ tam purpura q̃ dyademate reſplēdere. Arbitratus autem eſſe romanorũ imperatorem minatus eſt eis q̇ nunciauerunt cũ non illic eſſe preſentem. Quibꝰ affirmantibus vera ſe dixiſſe ⁊ conſtātiũ antiochia cōmorari. et vultu quē videbat agnouit eorũ verba eſſe veracia et ait deum bella gerere pro romanis. Cũqꝫ hoc grauiter haberet infelix ſagittaꝫ dimiſit in aerem. Et cũ vidiſſet quia in corpore eum iaculari non potuit. tamen a veſanie ſue impetu non receſſit. Tunc igitur effrem vir mirabilis ⁊ conſcriptor egregius. qui in vtroqꝫ ydeomate greco videlicet ⁊ latino optime eruditus multos libellos timore domini ⁊ deuotiōe plenos edidit ſcilicet de extremo iudicio ⁊ de morte ⁊ vilitate conditionis humane: et miſeria huius vite et cetera. Is igitur apud ſyros ſacratiſſimo iacobo ſupplicabat: vt veniret ad murum ⁊ videns barbaros maledictionis iacula cōtra eos emitteret. Flexus igitur venerabilis homo. aſcendit in quandam turrim. Et cum milia miliũ videret exercitus aliam maledictionem eis non petijt niſi cinifes et culices vt per parua animalia supernā virtutem potuiſſent agnoſcere. Orationeꝫ vero ſecute ſũt nebule ciniforũ ⁊ culicum ⁊ elephantoꝝ quidem promuſcidas cum ſint caue. equorũ vero aliorũqꝫ iumentorum aures ſimul ⁊ nares impleuerunt. At illi ferre vim paruoꝝ animalium nō valentes ſeſſores ſuos ductoreſqꝫ excuſſos dorſibus proiecerũt: ⁊ diruptas acies cōfuderunt exercitumqꝫ relinquētes ſummo impetu fugiebant. Hoc modo ter miſerrimꝰ imperator paruā clementēqꝫ corruptioneꝫ in ſe cognoſcens factam a deo habēte prouidētiam animarũ cum pie colentium. ſuũ exinde reduxit exercitũ confuſionē non victoriaꝫ ex illa obſidione percipiens.

## Capitulum. xlvj.

Hoc itaqꝫ tempore conſtantius antiochia morabatur et parthico prelio quieſcente rurſus colligebat epiſcopos. cogēs omnes negare verbum ⁊ vnius ſubſtantie et alterius ſubſtantie. Verũ cũ eudoxius poſt leontium antiochenam arripuiſſet ſedem. deinde pulſus poſt multa concilia cum conſtantinopolitanũ inique tenuiſſet epiſcopatum. antiochena eccleſia paſtore priuata videbatur. Tunc ergo conuenientes epiſcopi. cum eſſent plurimi vndiqꝫ cōgregati dicebant imperatori oportere primitus paſtorem conſtitui. et ita cũ illo de dogmatibus cogitari.

## Capitulum. xlvij.

Illo tempore ſacratiſſimus meletꝰ ciuitatem quandam armenie regens et barbaros edocens quieteꝫ habere videbatur. Quem putantes arriani ſibi conſentire. petierunt a cōſtantio: vt antiochene conſtitueretur preſul eccleſie. cum quibus etiam orthodoxi propter claritatem eius vite et ſalubritatem rectorum dogmatum in eius ſubſcribere decreto. ipſumqꝫ decretum vtraqꝫ pars Euſebio ſamoſateno commendauit

epiſcopo. Ueniente ſiquidem magno mele-
tio occurrit ei populus vtriuſq; partis: cum
quibus iudei pariter ⁊ pagani deſiderantes
famoſiſſimū videre meletium. Tunc impera
tor ⁊ ei ⁊ alijs qui exponere poterant iuſſit vt
populis explanarent locum illuz. Dominus
creauit me in initio viarū ſuarū in opera ſua.
precipiens vt exceptores eorum verba cōſcri
berent. Et primū quidem georgius laodicie
fetorem heretice peſtis euomuit. poſt quem
acacius ceſarie quandaz viſus mediam pro
ferre doctrinam multū ab illorum blaſphe-
mia receſſit. non tamen ſanuz apoſtolice inte-
gritatis dogma ſeruauit. Tercius autē ma-
gnus ſurrexit meletius et rectitudinem regu
le etiā in ſacra diſputatione monſtrauit. Nā
veluti quodam pondere veritatis vtens ⁊ qđ
plus ⁊ quod minus erat vitauit. Cumq; tur
ba vniuerſa faueret rogans vt breuem eis do
ctrine daret ymaginē. tres oſtendens digitos
deinde colligens duos ⁊ vnuz tendens illam
laudabilem protulit vocez. Tria que intelli-
gunt: ſed tanq̄ de vno diſputamus.

Sozomenus.

O tempore fertur archidiaconus eius
eccleſie adhuc eo loquente extenſa ma-
nu eius os obſtruxiſſe. At ille ſuam ſenten ti
am manu clarius q̄ voce ſignauit. Trib⁹ em̄
apertis digitis ⁊ denuo clauſis ⁊ vno tantuz
digito rurſus extenſo. populo ſcemate diuul
gabat: quia tres vnū ſunt. Deinde archidya-
cono eius manuz ore dimiſſo tenente. libera
voce clamabat nicenū ſeruari debere cōcilīū

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xlviij.

Ontra hanc doctrinā arriani calū-
nijs linguas exacuerunt. ſabellianū
aſſerentes ſanctū eſſe meletium. Ob
q̄ rem principi ſuaſerunt. vt in propriam pro
uinciam exilio mitteretur. Et factus euzoius
aperte arrianū dogma laudabat. Hūc enim
cum arrio magnus alexander dyaconatu pri
uauerat. Hoc itaq; facto ſan⁹ populus ab he
reticis diuiſus in apoſtolicam eccleſiam po-
ſitam loco qui dicitur vetus cōueniebat. An
nis nāq; triginta poſtq̄ euſtachius fuerat ex
pulſus. orthodoxi arrianorū onera ſunt per-
peſſi rerū mutationē vtilem ſuſtinentes.

¶ Sozomenus.

Equacibus em̄ meletij cōmunicare no
luerunt hij qui ab initio nicenū dogma
ſeruauerant: dicentes. quia ex arriano decre-
to meletius fuerit ordinatus ⁊ ſequaces eius
ab illis ſint baptiſati. Ob q̄ rem antiochena
eccleſia in aliam diuidit̄ partem.

Theodoricus.

Umq; viderent orthodoxi hereticorū
creſcere magis impietatem ⁊ apoſtolici
dogmatis defenſores apte debellari. ſanctū-
q; meletium pulſum ⁊ euzoiū hereticū ordi-
natū. verborū memorati ſunt que dicta ſunt
loth. Salua inquit ſalua animā tuā. Ad hec
etiam euangelici verbi dicentis. Si oculus
tuus dexter ſcandalizat te aufer eum ⁊ abijce
abs te. Idē ⁊ de manu et de pede domino ſan-
ciente qui etiam adiecit dicens. Melius eſt ti
bi vt pereat vnū membrū tuū q̄ totum corp⁹
in iehennam mittat.

## Capitulum. xlix.

Ero mirabilis euſebius cuius du-
dum memini decretū ei fuiſſe cōme
datum. vidēs preuaricationē pacto
rum circa meletiū meditatā ad ſuaz reuerſus
eſt ciuitatē. Arriani ꝓ ſcriptū teſtimonium
metuentes conſtantio ſuaſerunt vt mitteret q̄
decretum in meletio factū ab euſebio reuoca
ret. Tunc veredarius miſſus eſt. qui hec ve-
lociter adimpleret. Cumq; veniſſet ⁊ impato
ris verba nūciaſſet. tūc euſebius admirādus
cōmune inquit depoſitū non reſtituā niſi om
nes qui tradiderunt dicant. Qđ dum q̄ fue-
rat miſſus renūciaſſet indignatus: imperator
denuo miſit vt redderet qđ accepit. adijciēs
ſcripto vt ſi reddere nollet dexterā manuz ei⁹
amputaret. verbo tamē iubens illi quez miſit
ne faceret qđ habebatur in litteris. Cūq; epi
ſtolam legiſſet euſebius ⁊ inueniſſet penā ab
imperatore dictatam cū dextera manu obtu
lit ⁊ ſiniſtrā. ambas incidi petens. Nam de-
cretum inquit non dabo. clarū arriane peſtis
indicium. Hanc eius firmitatez conſtantius
videns laudauit egregie. Mirantur em̄ ⁊ im
pij reſiſtentiū ſibi laudes cum geſtorū magni
tudine ſuperantur.

¶ Sozomenus.

## Capitulum. l.

Ec igitur apud orientales agebant
eccleſias. Interea iulianus ceſar bel
lo deuincens barbaros apud renuz
fluuiū reſidentes. alios qđē pemit. alios cepit
claraq; victoria decorat⁹ dū mediocritate vi
te atq; māſuetudine militib⁹ grat⁹ eſſet ab eis
appellatur auguſtus. Hoc facto nihil de conſ

ſtantio cogitãs. iudices ab illo factos honori
bus mulcebat. et ad illius inuidiã litteras ꝑ=
ferebat quibꝫ oſtẽderet eũ propter bellũ cõtra
magnentiũ geſtum in ytaliã barbaros indu=
xiſſe. Repente ꝟo religione mutata cũ prius
xp̃ianus eſſe putaret̃ ſemetipm pontificẽ deo
rũ nominauit. et veniẽs ad tẽpla paganorũ ſa=
crificabat ſubiectiſq; talia colere ſuadebat.
Cũq; conſtantius ꝓpter bellum perſicũ an=
tiochia moraret̃ ſperãs ille: q: ſine bello poſ=
ſet yllyricũ detinere. ad eos agebat iter dicẽs
ſe velle ↄſtantio ſatiſfacere tanq; nõ ſpõte ſed
voluntate militũ inſulas imperij ſuſcepiſſet.
Dicitur itaq; quia dũ ad hos terminos acceſ
ſiſſet vindemia iã collecta circa occaſum plia
darũ vuas denuo fuiſſe prolatas. inſuꝑ etiã
imbrẽ ex aere deſcendentẽ in eius veſte ſimul
⁊ ceterorum guttas ſingulas crucis formaſſe
ſignacula. Hoc facto videbat̃ ipſi ⁊ alijs: q̃a
botris extra tẽpus illatis bonũ rei panderet̃
iudiciũ. imber autẽ cadẽs veſtem ſupra quã
ceciderat roboraret. Alij vero dicebãt vuarũ
ſignũ preter tẽpus ſignificare ꝑditionẽ impe
ratoris adinſtar huiuſmodi botrorũ parui tẽ
poris fore eius imperiũ. Porro de cruce dice
bant prenũciare hoc ſignũ. quia ſit celeſte do
gma chriſtianorũ ⁊ oporteat ſignari cunctos
crucis inditio Unde cognoſcit̃ quia diuerſa
interp̃tati quã dixerat imꝑator veritate frau
dati nõ ſunt. Utrũq; oportune dictũ ſequẽs
tẽpus oſtendit. Cum audiret itaq; cõſtantiꝰ
contra ſe venire iulianũ inſtructiõe belli par=
thici derelicta cõſtantinopolim venit.

¶ Socrates.

Tmopſicritus inter cilicas atq; capa=
docas nimia cogitatiõe appoplexie paſ
ſione defunctus eſt conſulatu tauri ⁊ floren=
cij tertia die nouembrij menſis. anno vite ſue
quadrageſimo ⁊ quinto ex quibꝫ tredecim cũ
patre regnauit. xxv. poſt illum.

¶ Sozomenus.

Uo defuncto iulianus q̇dem. iam thra
cias obtinebat ⁊ nõ poſt multũ cõſtan=
tinopolim veniens appellatus eſt ceſar.

¶ Explicit liber quintus eccle=
ſiaſtice tripartite hyſtorie.

# ¶ Incipit liber Sextus

¶ Sozomenus.

Unc igit̃ de iuliano pau
ca dicenda ſunt eiuſq; ge
nere ⁊ diſciplina et quo=
modo venerit ad impe=
riũ. Conſtantius qui by
zantiũ ſuo nomie cõſtan
tinopolim appellauit du
os habuit ex eodẽ patre.
nõ ex eadẽ matre germanos. quorũ vnus dal
matius: aliꝰ cõſtantius vocabat̃. Et dalma=
tius q̇dem habuit ſui nois filiũ. cõſtantiꝰ aũt
duos habuit natos galliũ ⁊ iulianum. Poſt
mortẽ cõſtantini imꝑatoris cõſtantinopolita
ne ciuitatꝭ dũ milites iuniorẽ dalmatiũ pere=
miſſent: tũc ⁊ iſti defuncto iã p̃re pene mortis
periculũ cũ dalmatio ſuſtinuerũt niſi gallũ q̇
dẽ egritudo q̇ putabat̃ ineuitabilis liberaſſet
Julianũ ꝟo etas infantis. Erat eñ annorũ
octo. Cũq; ab eis feruor imꝑatoris q̇euiſſet
gallus circa epheſũ apud doctores erat. vbi
etiã a ꝓgenitoribꝫ poſſeſſiões habebat Porro
iulianꝰ creſcẽs in auditorꝭ cõſtantinopolita=
ne vrbis exercebat̃ in baſilica vbi doctores
erãt habitu p̃uato ꝓcedens habebatq; peda
gogũ eunuchũ noie mardoniũ grãmaticũ ni
codẽ laconenſem. rethoricã ꝟo legebat apud
eubolũ ſophiſtã tũc xp̃ianũ. Ex ꝓuidẽtia q̇p
pe cõſtancij digeſtum eſt ne apud paganũ ſo
phiſtã legẽs ad eius ſuꝑſtitiõis dogmata de
clinaret. Erat eñ iulianꝰ ab initio xp̃ianus.
Cũq; lectiõe proficeret fama ꝑ populũ voli=
tabat. q̇a poſſet etiã romanã gubernare rẽ pu
blicã. Ex dum latius panderent̃ eſtuationes
indixit imꝑator cõſtantio. Quãobrem abſti=
nuit eũ ab vrbe regia ⁊ miſit in nicomediã p̃=
cipiẽs ne cõueniret apud libaniũ ſophiſtã ſy
rũ: tũc eñ libanius a pedagogis cõſtantino=
politãis expulſus. nicomedia morabat̃. Pro
hibebatur ꝟ iulianꝰ apud libaniũ ſophiſtã
legere: eo q͏ paganꝰ eſſet. veruntñ librorũ eiꝰ
lectionibꝫ vtebat̃. Cũq; ꝓficeret in rethorica
ſuꝑuenit in nicomediã maximꝰ philoſophꝰ
nõ ille biſantius pater euclidis ſed epheſius.
quem poſtea quaſi magicas artes exercentẽ
valentinianꝰ imperator precepit occidi. Tũc
igitur nõ ob aliam cauſam nicomediã vene=
rat: niſi iuliani fama protractꝰ. apud quẽ iu=
lianꝰ cũ verba philoſophica ꝑguſtaſſet. cepit
etiam doctoris imitari religionem. Is enim

etiam imperij cupidinē animo eius immiſerat. Cumq̈ hec non lateret aures imperatoris. inter ſpem metūq̈ conſtitutus. ſuſpitionē celare volens: quia qui diudū integer fuit chriſtianus poſtea proditor eſt effectus. Tonſus monachicā ſimulabat vitam ⁊ latenter q̇dem̄ exercebat in philoſophica: in manifeſto autem ſacros chriſtianorū legebat libros. Deniq̈ in nicomedie eccleſia lector eſt cōſtitutus. ⁊ ſub hoc habitu furorem declinauit imperatoris. Hoc equidem pro timore faciebat. nequaq̈ ab ſpe recedens quā mente conceperat. dicebatq̈ plurimis amicorū ſuorum felicia fore tēpora a quibus ipe rerum potiretur imperio. Dum hec itaq̈ contra eū ſic agerentur gallus germanus eius ceſar cōſtitut⁹ venit ad nicomediā viſurus eum cum pergeret ad orientē. Poſt paululū vero perempto gallo repēte iulianus quoq̈ fit ſuſpectus imperatori: qui etiā eum cuſtodiri precepit. Et dū fuga lapſus fuiſſet diuerſa loca circumeūdo ſaluatus eſt Vixq̈ ſero imperatoris vxor euſebia celatum inueniēs. ſupplicauit imperatori quatenus nihil mali pateret̄: ſed vt potius ad philoſophandū mitteret̄ athenas.

¶ Theodoricus.

Cepit igitur iulian⁹ imperialia ſceptrā deſiderare. Quāobrem diſcurrens vniuerſam helladā: vates querebat reſponſa reddentes: cōſulens ſi ad ſummū imperiū perueniret. Inuenitq̈ virū qui ei deſiderata ſe dicere fateret̄. Is eū producēs ad quendā ydolorū locum. ⁊ intromittens in aditū ſeductores demōes euocauit. Quib⁊ ſollemniter apparentibus terrore compellit̄ iulianus in frōte ſua crucis formare ſignaculū. Tunc demones trophei dominici figuram reſpiciētes et ſue recordati deuictionis repente diſparuerunt. Quod agnoſcens magus cepit culpare iulianū. At ille ⁊ terrorem ſignificauit. ⁊ crucis ſe dixit obſtupuiſſe virtutē: eo q̈ videtes hoc ſignū demones euanuerunt. Porro magus nō hoc ſuſciperis o bone vir: quia timuerunt ſicut ais. ſed abhominati hoc ſignū potius abceſſerunt. Et ita capiens miſerū odio repleuit chriſtiani ſignaculi iulianum.

¶ Socrates.

Poſt hec igitur impator euocauit iulianū. cōſtituitq̈ ceſarem: danſq̈ ei coniugem conſtantiā ſororē ſuam cōtra barbaros eū deſtinauit ad gallias. Hij nanq̈ barbari quorū imperator cōſtantius contra magnentium ſolatia petierat. cū nihil profuiſſent cōtra tyrannū romanorū vaſtabant vrbes. Cū ergo eſſet iuuenculus iulianus: impator iuſſit vt preter conſiliū conſtantius ducū nihil moliri preſumeret. Cumq̈ illi accepta poteſtate negligerent ⁊ propterea barbari ſuperarent. tunc iulianus duces q̇dem delicijs vacare pmiſit. Sumens autē milites eiſq̈ ſpolia peremptorū hoſtium cōpromittens initium vincendi barbaros fecit et amorē ſuum apud milites collocauit. Fertur itaq̈ dū in aliquā ciuitatem fuiſſet ingreſſus: quia corona laurea quibus etiam ipe ciuitates ſolēt ornari inter colūnas pendēs rupta fune ſuper eius caput decidit. eūq̈ aptiſſime coronauit. Quo facto cuncti clamauerūt quia ei ſignū foret imperij. Aiunt enim quidā conſtantiū propterea eū ad barbaros direxiſſe vt ibi deficeret: ſed neſcio vtrum vera ſuſpitio ſit. Nā qui ei germanā dedit vxorē ſi hoc cogitaſſet contra ſe potius inſidias excitaret. Cum igitur iulianus apud imperatorem de ducū negligētia quereret̄. alter mittit̄ magiſter armorum eius alacritati cōueniens. cuius miniſterio cum barbaris fiducialiter eſt congreſſus. Et dum illi per legatos literas imperatoris eos ad prouincias inuitantis oſtenderēt tūc ille legatos eorum miſit in vinculis factaq̈ cōgreſſione vicit ita vt etiam captū regem conſtantio dirigeret. Hac felicitate prouectus a militibus appellabat̄ auguſtus. Cumq̈ corona deeſſet imperialis vnus ſigna portantiū torquē quem habebat in collo ſumēs iuliani capiti circūpoſuit. hoc q̈ modo iulian⁹ imperator eſt factus. Que vero poſtea geſſerit ille philoſophus. indicent audiētes. In ipo nanq̈ principio nō miſſa legatione apud cōſtantium nec animū benefactoris placans q̇cunq̈ ei videbantur agebat. Modo iudices mutando p prouinciales. modo derogando cōſtantio per vrbes ſingulas publice relegendo ab eis barbaris deſtinatas epiſtolas. Quā ob rem plurimi eum ſequebantur a conſtantio recedentes. Tunc ergo etiā figmentū chriſtianitatis qd̄ habebat abiecit. et dum circuiret diuerſas vrbes aperiēs templa ydolis offerebat. et ſemetipm paganorum pontificem nominabat. Cumq̈ talia gereret in teſtinum bellum contra conſtantiū queſita occaſione pparabat q̈ntum ad eū pfici potuit. Non enī ſine multo ſanguie ſtudiū eius philoſophie potuerat adimpleri. niſi deus conſiliorū iudex alterū ſine alterius concertatione finiſſet

Nam cū veniſſet iulianus ad trachias nunciatū eſt mortuū fuiſſe conſtantium. Et hoc modo inteſtino bello romanū liberat̃ imperium. Veniens autē iulianus cōſtantinopolim. cogitare cepit quēadmodū ſibi populuȝ cōplacaret: et eoꝝ fauorē decenter acquireret qḋ hac arte fecit. Bene nāq; ſciebat conſtantium ab omnibꝫ populis nomē cōſubſtantialitatis amplectentibꝫ odiri. Ob quaȝ rem ab eccleſijs videbant̃ excluſi ⁊ epiſcopi confiſcati exilioq; directi. Simul etiaȝ nouerat et paganos fuiſſe cōtriſtatos prohibitione ſacrificiorū. ⁊ deſiderari adipiſci tēpus quo eorum aperirent̃ templa. et haberent ydolis immolandi licentiā. Sic igitur vtrūq; populū meroribus vulneratū a defuncto cognoſcens. ⁊ cōmuniter oīes eunuchorū violentia: ⁊ precipue euſebij rapinis ingemiſcētes apud omnes. ſemetipm artificioſo velamie commēdauit ⁊ alijs quidem fingebat. alijs autē per vanam gloriā largus erat omnibꝫ tamē in commune qualis eſſet religione mōſtrabat. Et ꝑmū quideȝ crudelitati conſtancij circa ſubiectos derogans. et eam corā populo vniuerſo redarguens iubet epiſcopos exilio deportatos euocari ⁊ cōfiſcatas eorū reddi ſubſtantias. Templa quoq; paganorū velociter ſuos neceſſarios precepit aperire. eos autem qui fuerant ab eunuchis oppreſſi recipere q̃ male ab eis fuerant abrepta ſanxiunt. Euſebiū vero preſidentē imperiali cubiculo morte damnauit. nō ſolū quia multos oppreſſerat. ſed q̄a gallum quoq; fratrē ſuū eius accuſatione audierat interemptū. Et corpus quidē conſtancij regio honore ſepelijt. expuliteq; a palatio eunuchos tonſores ⁊ cocos. Eunuchos quidem quia eius vxor obierat poſt quā nō duxit aliam. Cocos autē: eo q ſimplicibꝫ cibis vteretur Tonſores autē vnus inquit ſufficit multis. Scriptorū autē plurios fortune antique reſtituens reliquis eorū mercedem ſcripture dari precepit. Abſcidit quoq; etiā publicū curſum muloꝝ et caballorū quos publicis iuſſit vtilitatibꝫ miniſtrari. Hec eius opera laudant pauci. pluriniq; vituperāt: qꝛ remoto faſtu palacij cōtemptibile videbātur imperiū. Is em̄ etiam noctibꝫ vigilans cōſcribebat libros ⁊ deſcendens in ſenatu publice recitabat. Solus eñ imperator a iulio ceſare in curia ſenat⁹ recitauit orationes. Honorabat quoq; diſciplinarū cultores maxime philoſophantes. Quāobrem vndiq; fama congregabat huiuſmodi viros manentes circa palatia qui circūamicti pallijs magis habitu q̄ magiſterio pādebant̃. Erantq; graues vniuerſis chriſtianis ſeductores viri ⁊ imperatoris ſemper religione fauētes. habens itaq; iulianus plurimū vane glorie vitium cunctos ante ſe ꝑncipes lacerauit in oratiōe quā de ceſaribꝫ ſcripſit. Hac ergo arrogātia motus etiam cōtra chriſtianos cōſcripſit viros. Ut ergo cocos atq; tonſores expelleret opus philoſophi nō tamē imperatoris egit. Ut autē detraheret atq; laceraret. neq; philoſophi neq; principis fuit.

¶ Sozomenus.

## Capitulum. ij.

Fertur itaq; mox in ipſo ꝑncipio iulianū ſic aperte et impudēter negaſſe chriſtianā fidem vt quibuſdā ſacrificijs ⁊ inuocationibꝫ quas expeditiōes pagani vocant. ⁊ ſanguinis immolationē noſtruȝ baptiſma ſtuderet abluere ⁊ abrenūciare eccleſiaſtice cōfeſſioni. Ex illo tempe tam ſecretim q̄ publice ⁊ in templis licēter pagani ſacrificia celebrabant. Fertur q̄a dum aliquando ſacrificaret oſtenſum ſit ei in viſceribꝫ pecudis immolati ſignaculuȝ crucis corona circūdatum. Quo viſo alios quidē ſacrificij miniſtros fuiſſe ꝑterritos eſtimantes quippe huiuſmodi religionis virtutē ⁊ chriſtiani dogmatis eternitateȝ: eo q corona que circundabat crucē victorie eſſet indiciū: ⁊ quia ambit⁹ circuli a ſuo principio nuſq̄ terminaret̃. ſed magis reuerteret̃ rurſus in ſemetipm. Cumq; ceteri mirarent̃. princeps huius ſcientie cōfortauit eos dicens proſpera ⁊ vtilia ſibi indicia fuiſſe monſtrata. et quia magis ſigno dogmatis chriſtiani coherceret̃. nec ei quo vellet dilatari liceret circuli termino circūſeptū.

Theodoricus.

Ulianus enim metuens conſtantium: quia genere proximos tyrannidis formidine pertimebat. lectorū ſociat⁹ choro et diuinos codices in eccleſia populo audiente legebat. nā ⁊ baſilicā martyrū edificabant quā diuina prouidentia nō ſuſcepit.

Sozomenus.

## Capitulum. iij.

Um adhuc pueri gallus ⁊ iulianus in capadocia morarent̃ aiūt habuiſſe eos tūc ſtudiū vt maximā baſilicam ad ſepulturā martyrꝭ mamie fabricarent̃. ⁊ in

ter ſe diuiſerunt opus. Cunqȝ ambo certa-
rent in edificio vt alter alterū ſuperaret. fert
aliquod puenisse miraculū ⁊ niſi hactenꝰ ſu-
pereſſent qui hec ſe audiſſe ab inſpicientibus
enarrarēt videretur forſitan incredibile. Gal
li nanqȝ pars augebat ⁊ omnino creſcebat. iu
liani vero labores alij quidē fodebantur alij
terra ipſa euomente ruderibꝫ implebant. alij
quotiens depoſita fundamēta terre copulare
non poterat. ac ſi quidā violenta virtus ex lo
co inferiore ea repcutiendo depelleret. Que
cā cunctis apparebat eſſe prodigioſa. Ex illo
nanqȝ eſtimabāt. qꝛ nō eſſet viro illi i religiōe
chriſtiana ſalubritas.

¶ Sozomenus.

## Capitulum. iiij.

Um igit̄ ſolus tenuiſſet imperiū tē-
placqȝ reſeraſſet ⁊ alia repararet. oēm
deuotionē etiam miniſtris temploꝝ
affluētius impendebat. Sepe ꝟo ciuibus in
ꝯmune reſcripſit vt ad paganos accederet ri
tus ⁊ eius donatiōe fruerent̄. xp̄ianis ſe ini-
micū aperte deſignās ita vt neqȝ venire ad ſe
eos vellet neqȝ legatiōes eoꝝ ſuſcipe. Deniqȝ
cū per ſe mouiſſet bellū legationez mittentibꝫ
niſi binis tanqȝ oībus chriſtianis ⁊ neqȝ tem
pla reſerantibꝫ. neqȝ ad eorū venire ſacra vo-
lentibꝫ interminatꝰ eſt nō ſe auxiliū pbiturū
nec legationē quaſi pollute ciuitatis eſſe ſuſce
pturū. neqȝ ad eos pmitus acceſſurū niſi co-
gnoſceret in paganitatez eſſe mutatos. Hoc
etiā apud paleſtinā queſtꝰ de cōſtantinieſibꝫ
delegauit. Hic em̄ locus cū eſſet gaze portus
a maionia vocaret̄ eſſetqȝ xp̄ianis plenꝰ a cō
ſtantino dignitatez meruit ciuitatis ⁊ ex filij
eius nomie cōſtantia nūcupata eſt. Iniuſtuz
em̄ arbitratus eſt cōſtātinus vt paganis ſub
dita videret̄ eſſe gazenſibus Tunc ergo iulia
no regnāte litem gazei ꝯſtantinienſibꝫ intule
runt. Quo iudice reſidente conſtantiam rur-
ſus eis ſubdidit diſtantē quaſi ſtadia. xx. ⁊ ex
illo ſublato priori noīe gaze maritime voca-
bulo nūcupat̄ habet em̄ cōmunes iudices at
qȝ duces. Sola vero iura eccleſie due viden-
tur oſtendere ciuitates. vtraqȝ ſuū epiſcopuz
habet ⁊ clerū ⁊ vigilie martyrū atqȝ collecta-
rū apud eos ſeorſum fiunt ⁊ termini vtriuſqȝ
epiſcopatꝰ eccleſieqȝ ſubſiſtūt. Quodaz tēpo
re defuncto maiumeno pontifice. quidaz pre
ſulū eccleſie gazeorū ſtuduit vtrunqȝ clerum
ſue ditioni ſūmittere. fas nō eſſe dicēs vt vni
ciuitati duo epiſcopi pſiderent. Reſiſtentibꝫ
maiomenis deliberauit prouincie ſynodis.
vt eis propriū ordinaret epiſcopuz. oportere
credens vt qui ſub cōſtantino proprietatꝫ re
ligione ciuitatis habere priuilegia meruerūt
⁊ pagani principis iudicio hec amiſerunt in
ſacerdocijs ⁊ ordine eccleſiarū nequaqȝ dato
antiquitus honore priuarent̄. Et ſiquidez tē
peſtate ceſaream capadocie maximam ac feli
ciſſimā ciuitatem ita vocari prohibuit. eiſqȝ
appellationē antiquā ceſaris abrogauit. quaz
a claudio ceſare promeruerat. naz prius ma
zaca vocabat̄. Habebat em̄ odium eius anti
quitus: eo ꝙ omnis eius eſſet populus chri-
ſtianus ⁊ templum apud ſe iouis ⁊ patris de
ſtruxiſſet appollinis. Nam cū eo regnante eti
am fortune ſacellum quod ſolū remanſerat
a chriſtianis fuiſſet euerſum. ciuitati crudeli
ter erat infeſtus. ⁊ paganorū populus illic ha
bitantes valde culpabat. ꝙ ſemetipſos vlti nō
eſſent ⁊ quodlibet pro fortuna ſuſtinuiſſent.
Omēs vero poſſeſſiōes atqȝ pecunias ceſari
enſiū eccleſiarū cū verberibꝫ exquirēs ad me
dium iuſſit afferri. Moxqȝ ex eis. ccc. auri li-
bras in erario publico collocauit. Clericos
autē vniuerſos aggregari inter milites iuſſit
duci prouīcie ſeruituros quod nimis graue
eſt ⁊ vehemēter iniurioſum. Populū ꝟo chri
ſtianorū cum vxoribus atqȝ filijs inſcribi p
cepit. ⁊ tanqȝ vicaneos tributa pſoluere cum
interminatiōe iurans. qꝛ niſi templuz rurſum
feſtināter edificarent. ⁊ ciuitatē nimis affige
ret. et neqȝ capita ſua galyleos habere pmitte
ret. Sic enī ſolebat euocare chriſtianos. qꝺ
forte eueniret. niſi fine celeri defeciſſet.

## Capitulum. v.

N initio nanqȝ parcens chriſtianis
clemētior viſus eſt. ſciens priores p
ſecutiōes nihil pfuiſſe ad augmētū
paganitatis qꝺ punierint chriſtianos ꝙ ma-
gis hinc creuerit. Facti ſunt glorioſi pro do-
gmate morientes. Inuidiam ergo habēs glo
rie tormentis abſtinuit. iudicans eſſe neceſſa
riū vt ſermone potius ⁊ ammonitione ad pa
ganitatem colendā populo ſuaderet etiā cre-
dens hinc ſe monſtrare clementē.

## Capitulum. vj.

Icitur enim quia dum conſtantino
polim apud fortunaz ſacrificaret vr
bis. acceſſiſſet ad eum maris epiſco-
pus. Chalchedonia ⁊ publice impiuz ⁊ ſine
deo apoſtatamqȝ vocitaſſet. illū vero ſolaz ei-

cecitatē impꝛoperaſſe. Erat em̄ ſenex ⁊ ꝑ imbecillitate oculoꝛum manu alterius agebat. Sup hac volens etiā lacerare deū ꝯſuete dixit. Neqꝫ galileus de⁹ tuus curare te poteſt. Reſpōdens ꝟo maris. Ego inq̄t deo meo ꝑ cecitate gratias ago. qꝛ h̄ ideo eſt geſtū ne te videā pietate nudatū. Impatoꝛ aūt nihil reſpondēs abceſſit. Sic em̄ putabat poti⁹ roboꝛari paganitatē. ſi ſe patientē ac mitē chꝛiſtiano populo demonſtraſſet.

## Capitulum. vij.

Ec itaqꝫ faciēs eos qui fuerāt a conſtantio fugati ꝑ religione reuocauit: ⁊ cōfiſcatis patrimonia ſua reſtituit precipiēs populo vt nulli lederent chꝛiſtiano. neqꝫ nolentē ſacrifcare cōpellerent: ſponte animi accedētes ad aras pri⁹ expiari apō demones purgariqꝫ ſolitis eoꝝ ſacrificiis ꝑparabat. Clericis aūt omnia priuilegia honores ꝯſuetudineſqꝫ ſubtraxit ⁊ legales poſitas ꝑ eis ſoluit iꝑoſqꝫ curie tradidit. Sil' et virgines atqꝫ viduas que ꝑ penuria inter clericos paſcebant iuſſit exigi ea: que dudū a puplico accepiſſe videbant. cōſtantinus em̄ imperatoꝛ diſponēs res eccleſiaꝝ vnicuiqꝫ ciuitati ꝓſpexit vt clerus ſufficiēter emolimenta pciperet. ⁊ hoc lege firmauit. qḋ hacten⁹ moꝛtuo Juliano ſeruat. Hanc exactionē aiunt nimis fuiſſe crudelē. Auferebat em̄ ſubinde pecunias ⁊ oꝛnamēta ſacra tēplaqꝫ ſub Conſtantino ⁊ cōſtantio fūdata deſtruebant. dateqꝫ ad edificia pecunie rurſum exigebātur. Hac occaſiōe ſacerdotes ⁊ clerici. ⁊ popul⁹ chꝛiſtianus crudeliter vexabant.

¶ Socrates.

## Capitulum. viij.

Er idem tempus in allexandrinoꝝ maxima ciuitate ꝯtigit ex hmōi cauſa ſedicio. Erat locus quidā in ciuitate antiqs tēpoꝛib⁹ deſolatus ac neglectus multaqꝫ ſoꝛde cōpletus. hic pagani olim dee metbꝛes ſacrificātes hoīes imolabant. Quē locū Cōſtantius quaſi vacantē eccleſie Allexandrine ꝯceſſerat. Hic Georgius volēs oꝛatoriū fabricare. repurgatoꝛiū faciebat. Qḋ dū fieret. inuentū eſt illic aditū in multa pꝛofunditate cōſtructū in q̄ paganoꝝ myſteria celabant. Erāt em̄ ibi caluarie hominū plurime maioꝝ pariter ⁊ infantū. qui ꝓhibebantur illic extincti. vt ex eoꝝ viſceribꝫ artes magicas exercerēt. hec igit chꝛiſtiani repientes in aditu methꝛe: ſtu duxerūt ad irriſionē paganoꝝ vniuerſis hec facinoꝛa reſerare: diuulgabantqꝫ capita hoīm q̄ cōpererant. Hec allexādrie pagani reſpicientes. ⁊ obpꝛobꝛiū nō ferentes ira ſuccenſi ſunt. ⁊ oēs quos ad preſens iuenerunt arma iudicantes impetu cōtra chꝛiſtianos facto multos interemerunt. alios gladiis. alios fuſtib⁹. aut lapidib⁹. alios funib⁹ ſtrangulātes quoſdā etiā crucifigētes ad ſacre cruc⁊ iniuriā plurimos diuerſis vulnerib⁹ affligētes. Et ita geſtū eſt vt neqꝫ proximis parcerēt ſed ph'us philoſophū ꝑcuſſit. ⁊ frater fratrē. parētes filios. ⁊ inuicē in ſua nece graſſati ſunt. Quā obrē xꝑiani eundem locū purgare quieuerunt.

¶ Sozomenus.

## Capitulum. ix.

Atra cū denūciaſſent iudices moꝛtuū ꝯſtantiū ⁊ impare iulianū ſeditionē fecit allexādria ꝑpl's paganoꝝ ⁊ impetu facto ſup Georgiū vinculis cū alligauerūt. Quē poſt paululū veniētes ad carcerē peremerūt. eiuſqꝫ cadauer imponētes camelo a mane vſqꝫ ad veſperā ꝑ totā pompauere ciuitatē. ⁊ circa ſero ꝯcremauerūt. Multi fuerūt arrianoꝝ eo ꝙ ab amatoꝛib⁹ athanaſii factū ſit. ſed ego reoꝛ indubitanter hoc feciſſe gētiles cū vtiqꝫ ⁊ q̄relas haberēt aduerſus eū ꝓpter ydola ⁊ tēploꝝ iniurias ꝓhibitionūqꝫ ſolēnitatū. Et etiā iulianus ſic ſe habuiſſe ꝑ lr̄as ad allexandrinos miſſas. in quibus culpat eos penāqꝫ relaxat. quaſi ꝓpter reuerentiā ſerapis quē ciuitatis ꝯſeruatoꝛē dicit ⁊ allexandri cōditoꝛis eius. necnon iuliani ſui auunculi in paganitate deuoti ⁊ chꝛiſtianos nimis odientes.

## Capitulum. x.

Scit enī qꝛ ſtudium habuerint vt in theſauros impatoꝛios plurima ⁊ ꝑcioſa eccleſie antiochene vaſa reconderet iulianus. ⁊ qꝛ clauſiſſet ecclīas ⁊ vniuerſos clericos effugaſſet ſoluqꝫ tūc theodericū ſtetiſſe pſ byteꝝ. Quē dum vaſoꝝ tanqꝫ cuſtodem cōpꝛehenſum crudeliter ſauciaſſet nouiſſime gladio ꝑcepit occidi. Qui foꝛtiter vniuerſa toꝛmēta reſpuit ⁊ ꝑ dogmatis confeſſiōe deuicit. Cūqꝫ vniuerſa deo dicata vaſa ⁊ pallia collegiſſet ꝓiciens hec in terrā cōtumeliiſqꝫ iniuriis quib⁹ voluit agens xp̄m. Sup ea etiā ſedit. ⁊ cumulū auxit iniuriarū. Moxqꝫ verēda ei⁹ ⁊ loca femoꝛib⁹ circūpoſi

ta ferunt̄ eſſe ꝑcuſſa. ⁊ ad tantā peruenit vſqꝫ
putredinem vt vermes crearet medicis la-
borātibꝰ nec valētibꝰ vincere paſſionē. Con
ficiebant̄ eñ omnimoda p̄cioſaqꝫ medicami
na ex pinguibꝰ volatilibꝰ vt eoꝝ craſſitudine
corrupta ⁊ putreda mēbra linirent̄. Hoc fa-
cto vermes ad ſupficiē ꝓuocabāt. qꝛ pfūdo
ebulliētes ꝑ viuas ſerpebāt carnes ⁊ donec
moreret̄ nō fuit ab hac paſſiōe ſecurus. Hoc
itaqꝫ claruit diuina indignatiōe geſtū. dū eti
am cuſtodes imꝑialiū theſauroꝝ ⁊ aliȷ̄ plu-
rimi aduerſus eccl'ias inſurgētes inopinata
et miſerāda morte defuncti ſunt. quaſi ſuper
na indignatiōe damnati.

# Capitulum. xi.

Js dictis tēpus eſt vt memoriā faci
amus euſebiȷ̄. ⁊ nectariȷ̄ ⁊ zenonis.
fratrū chriſtianoꝝ q̄s ꝯtra odiū ex-
ercētes ꝑli gazeoꝝ. domi celatos ⁊ cōprehē
ſos vīculiſqꝫ traditos atqꝫ flagellatos. poſtea
cōuenietes in theatrū aduerſus eos clamare
ceperūt q̄ſi eoꝝ tēpla deſtruxiſſent ⁊ iniurias
paganoꝝ p̄terito tpe multa geſſiſſent. Cūqꝫ
alterutros vt vulgi moris eſt excitaret cōcur
rētes ad carcerē ⁊ educētes eos crudeliter oc-
ciderūt. Nūc interea ꝓnos nūc ſupinos tra-
hētes atqꝫ ꝑcutiētes ⁊ vulnerātes lingnis. la
pidibꝰ atqꝫ fuſtibꝰ. Audiui nāqꝫ mlieres eti
am egreſſas ⁊ cū radȷ̄s telaꝝ eaꝝ corpa vul-
neraſſe ⁊ cocos publicos alios aquaꝫ. alios
feruentes ollas fudiſſe ſup eos alios ſubulis
eoꝝ mēbra pforaſſe. Cūqꝫ eos dilaceraſſent.
capitaqꝫ fregiſſent ita vt cerebrū in terra iace
ret. deduxerūt ante vrbē vbi ſolebāt mortua
iumēta ꝓicere. ibiqꝫ eoꝝ corpa cōcremātes.
oſſa q̄ remāſerūt inter cadauera cameloꝝ et
aſinoꝝ pmanſerūt ne poſſent facile reperiri.
Qḋ nō diu latuit. Quedā nāqꝫ mulier chri-
ſtiana nō tñ de gaza diuino p̄cepto ꝑ nocteꝫ
ea colligēs ⁊ in vrna recondēs. zenonioꝝ cō-
ſobrino ſeruāda ꝯtradidit. Deus eñ ꝑ viſuꝫ
mulieri reuelauit hūc viꝝ. ei nāqꝫ erat ignotꝰ
⁊ nuꝑ habita ꝑſecutiōe celabat̄. Hoc ḡ mo-
do mulier accedit ⁊ reliquias eoꝝ. interim
domi ſeruabat. Cūqꝫ is eiuſdē eccleſȷ̄s ſuſce
piſſet ep̄atum impante theodoſio fabricata
baſilica ante ciuitatē ⁊ altari fixo. oſſa mar-
tyrū collocauit iuxta ꝯfeſſorē neſtorem. Qui
dū in vita ſua cū iſtis ſuis primis habitaret
cū martyribꝰ cōprehēſis a ꝑplo vinculis eoꝝ
flagellis pticipatus eſt. Js eñ dum traheret̄
habēs pulcerrimū corpꝰ admiſeratiōnē per
ſequētes adduxit. quē ante portas ſeminiuū
morti tñ ꝓximū ꝓiecerūt. hūc colligētes qui
dam zenoni detulerūt. apud quē dum curare
tur mortuus eſt.

# Capitulum. xii.

Nter hec aūt dum hylarionē mona
chū Gazei requirerēt. fugit in ſiciliā
vbi ligna de mōtibꝰ colligens ⁊ in ci
uitate vendēs tranſigebat cottidianā vitam.
Cūqꝫ eius illic virtus fuiſſet patefacta ꝑ de-
mones. venit in dalmacias. ibiqꝫ ṽtute diui-
na plurima miracula faciebat. ita etiā vt ma
re qḋ quedā occupauerat loca ſua oratōe re-
pelleret. Sed etiā hinc rurſus abceſſit. quia
vbi laudabat̄ habitare declinabat̄. De mutā
do loca cunctis ſtudebat eſſe incertus. atqꝫ
opinionē ſuā crebra migratiōe deſtruxerat.
Nouiſſime ṽo dū nauigaret cyprū venit in
Pafum. inuitatuſqꝫ ab ep̄o Paſi dilexit lo-
cum. et circa predium caripdi nuncupatum
philoſophatus eſt quē (vt martyr nō eſſet) fu
ga ꝓhibuit. Fugiebat eñ. qꝛ p̄ceptū diuinuꝫ
eſt nō expectare ꝑſecutores. nā qui in ꝑſecu-
tiōe cōprehēdunt̄ fortit̄ ferre vident̄. Gazei ſi
quidē ⁊ alexandrini. contra chriſtianos talia
geſſiſſe noſcunt̄. Sed helypolitani. ⁊ Arethu
ſȷ̄ ſiria habitātes ad tantā venere crudelita-
tem. ſicut illoꝝ tpe homies explanarūt vt ſa-
cras virgines inſolitas a populo videre pub
lice nudatas ſtare cogerēt in theatro. Quas
primitus irriſerūt poſtea totonderūt. nouiſſi
me ꝑ medias ſectas. porcos vt eas comede-
rent ꝓuocabāt. Ut ḡ Heliopotas ad crude-
litatē ſacraꝝ virginū res illa ꝑduxit: eo ꝙ pa
terna ꝯſuetudo qua fornicabant̄ eoꝝ ṽgines
anteqꝫ nuberēt ꝓhibita viderent̄. Conſtan-
tinus eñ deſtructo in ea ciuitate veneris tē-
plo. prius apud eos cōſtruxit eccleſiā. ⁊ con-
ſuetas fornicatiōes lege prohibuit exerceri.
Arethuſȷ̄ ṽo Marcū ſue ciuitatis epiſcopū
ſenem ⁊ vita ⁊ ꝯuerſatione reuerendū. mira
bili morte peremerunt. Hunc eñ etiam prius
habuerūt odioſum eo ꝙ Cōſtantȷ̄ tempori-
bus vt paganos ad chriſtianitatē reduceret.
templū eoꝝ ornatiſſimū p̄cioſumqꝫ deſtruxe
rit. Cūqꝫ Julianus impaſſet motus in eū eſt
et p̄cepit aut eſtimationē tēpli redderet. aut
eū rurſus edificaret. Et dum vtrūqꝫ impoſſi
bile foret chriſtiano ſimul ⁊ ſacerdoti primo
fugit ſecundū euangelicā legē. Poſtea ṽo cū
multi ꝓpter eū periculis ⁊ neceſſitatibꝰ ſubde
rentur de fuga reuerſus eſt. ⁊ ſponte ſemet-

ipſum populo q vellent exercere in eo ꝯtra=
didit. Qui dū laudare philoſophiā debuiſ=
ſent credentes potius cōtemptorē irruentes
in eū ⁊ per ſingulas plateas trahētes eius ca
pillos ⁊ mēbra dilacerabant viri ſimul ⁊ fe=
mine. ita vt ſubtilib᷒ reſtib᷒ eius aures abſcin
derent. Uerū infantes apud magiſtros poſi
ti. deludebāt ei alapis cedentes ⁊ graphijs
ſine aliqua parcitate pūngētes quē ⁊ iam in
cunicula depoſuere ſētentia. Cūq adhuc re
ſpiraret eū ex melle. ⁊ aliqua mine perungen
tes ⁊ in ſportā mittētes appenderūt in aerem.
Dicitur ergo quia tūc veſpis ⁊ apib᷒ eū con=
tingentib᷒ ⁊ carnes eius veſcentib᷒ dixerūt.
Arethuſijs. quia ⁊ ipſe quidē eſſet excelſus
illos vero videret in humili conſtitutos. ſed
poſtea hoc ⁊ iam ipſos fore paſſuros.

❡ Theodoricus.

Ec igitur agētes cogebant eū vt tem=
plū reedificaret. aut vt daret expenſas.
Quod dū nō faceret putātes pauperē vel me
dietatē pecuniaꝝ petebāt. nouiſſime vel pau
cum aliquid exigebant. Quib᷒ ait. Nec vnū
obolum ꝓ omnib᷒ dabo. Sic igit̄ ſupati ab
eius ſe ſuſpendere ſupplicijs.

❡ Sozomenus.

Ermo fert̄. quia tunc prefectus pcipue
pagan᷒ fuerit ammiratus marci ꝯſtan
ciam ⁊ ad principē veniens quereret̄ dicens
eſſe verecundū. vt in vno homine ſene tanta
tormēta cōmitterent̄. ⁊ chriſtianos dū talia
paterent̄ fieri glorioſos. ſe vero eſſe magiſ ob=
probrio. Marcus ergo tali eſt fine coronat᷒

## Capitulum. xiij.

Odem tēpore Macedonius. quoq
Theodolus. ⁊ Tacian᷒ friges. mar
tyrij pignora ꝯſecuti ſunt. Nā dum
in meroe ciuitate. Phrygie templū aperuiſſet
ꝓuincie iudex ⁊ longo tpe plenū ruderibus
emūdaret. ingredientes iſti per noctē ydola
cōtriuerunt. Cūq ꝓpter hoc multi cōprehen
ſi ad ſupliciū ducerent̄. illi ſemetipſos inno
tuerūt. Quos dum iudex quaſi habita ſatiſ
factione delictoꝝ nollet occidere. popul᷒ cla
mantib᷒ vario tormentoꝝ genere caſtigauit.
nouiſſime vero in craticula ſuppoſitos arde
re precepit. Cūq cremarentur. ſi aſſis inqui
unt carnib᷒. o amacie delectaris ſic eī voca
batur iudex. altera latera ignib᷒ obijce ne dū
comedere ceperis. carnes ſemicrudas inue=
nias. Et iſti ergo fortiſſimo certamine deui=
cerunt. Aiunt itaq buſirin in ancyra galacie
clariſſimā fortiſſimāq habuiſſe cōfeſſionem
cum fuiſſet in hereſe que vocat̄ encratiſtarū
id eſt abſtinētium. Hunc eī dum iudex cō
prehendiſſet. ⁊ quaſi cōtra paganos inſilien=
tem torqueri volebat in publico iuſſitq vt
appenderet̄ in ligno. Tūc buſiris extenſis ci
to manib᷒ ſupra caput nudauit latera. dicēs
opus nō eſſe vt miniſtri appendētes eum de=
ponētesq laborarent cū eſſet per ſe pronus
ad penā quā vellent exercere ⁊ latera ſua tor=
toribus ꝑpararet. Miratuſq eius promiſſio
nem iudex. ⁊ rei experimento magis obſtupu
it. Nam dū vngule ferree eius latera vehe=
mentius exararent donec iudici placuiſſet.
ſuſtinuit manus extenſas. ⁊ plagas cum ala=
critate ſuſcepit. Poſt hec autē reduct᷒ in vin
culis requieſcebat. Porro poſt paululū mor
te nunciata iuliani. Uſq ad theodoſij prin=
cipatū vixit in eccleſia catholica ⁊ acta peni
tentia priori hereſeos cōuerſatus eſt.

## Capitulum. xiiij.

N illo ſiquidē tempore ferunt vitā
finiſſe martyrio Baſiliū eccleſie an=
cyrane preſ byterum. ⁊ eupſychium
ceſarieñſem capadocie ducta nuper vxore dū
adhuc quaſi ſponſus eſſe videret̄. Eupſychi
us eī peremptus eſt ꝓpter fortune templum
quod ſicuti iam diximus dirutū fuerat. et in
cōmune caſarienſes iram principis ſunt ex=
perti. ⁊ alij quidem morte. alij fuga mulctati
ſunt. Baſilius autē ſtudioſus vir circa do=
gma ꝓbatus dum vixit cōſtantius reſtitit ar
rianis. ⁊ ꝓpterea Eudarij decretis ab ordine
eſt remotus eccleſiaſtico. Cum ꝟo iulianus
tenuiſſet imperiū. chriſtianos publice cōmo=
nebat. vt propriū dogma ſeruarent: nec paga
norum ſupſtitiōe macularent̄. honoreſq col
latos a principe ꝓ nihilo iudicarent. tēpora
les vtiq ⁊ ꝑpetue damnationis auctores.
Propterea ergo in ſuſpitionē et odium veni=
ens paganorum quam publice ſacrificantes
inſpicientes ſtabat. et ingemiſcens orabat at
q clamabat. ne vllus chriſtianorum huiuſ=
modi errore teneretur obnoxius. Compre=
henſus ⁊ traditus ꝓuicie iudici. multaq tor
menta fortiter ſuſtinens martyrio corona=
tus eſt. Hec ergo colligens ſub vno retuli.
licet diuerſi anni vel dies eorum videantur
eſſe martyrij.

❡ Theodoricus.

## Capitulum. xv.

Ve enim ydolorum ſeductionibus ſubditi tempore illo cōmiſerūt. multa quidē ſunt proprijs libris egentia ſed et multis ego pauca narrabo. In Aſcalona ſiquidē ⁊ Gaza virorum ſacerdotio dignorum. ⁊ mulierū virginitatis cōuerſatiōe pollentiū diuidentes vteros ⁊ ordeo cumulantes. oppoſuerūt cōmeſtioni porcorū. In ſebaſtia vero: que eſt eiuſdē prouincie ciuitas Johannis baptiſte ſepulcrū aperuerunt. Porro ſcelus quod in phenice cōmiſerunt. quis poterit vel dicere ſine lachrymis vel audire? In heliopoli em̄ que eſt circa libanū erat quidā dyaconus nomine Cyrillus. Is imperante Conſtantio ſuccenſus zelo diuino multa ydola que illic adorabant cōtriuit et igni cremauit. Cuius actionis memores necnon nominādi viri. nō ſolum peremerūt eum ſed etiā ſecantes eius ventrē ex eius iecore comederūt. Qui tamē omniū inſpectorem nō potuerunt effugere. ſed dignas reddiderunt ſua preſumptione penas. Quicūqꝫ em̄ illo ſcelere participati ſunt dentibꝫ caruerūt. ⁊ facti ſunt omnes elingues ſunt. Nam ⁊ ipſe pariter defluxerūt. conſumptione putredine. Perdiderūt etiā viſum. ⁊ paſſiōibꝫ ſuis virtutem p̄dicauerūt omnibꝫ pietatis.

## Capitulum. xvj.

N Emeſa que eſt in eius cōfinio ciuitatis dyonyſogiunnidi id eſt muliebri. eccleſiam que nuper edificata deo fuerat dicauerunt. ad deriſionē ſimulachrum illic ſtatuētes androginū id eſt quod virū monſtraret ſimul ac feminā. In doroſtolo vero inſigni trachie ciuitate. eam Julianus inuictiſſim⁹ decertator. a capitolino vniuerſe tracie iudice igni cōtraditus eſt. Porro Marci arethuſij geſta epiſcopi vel paſſio ſoflocij contiōe noſcitur indigere. vt digne act⁹ illius tragedie ordine recitentur.

## Capitulum. xvij.

Innumera quoqꝫ in om̄i terra ⁊ mari. ab impijs cōtra pios illo ſunt cōmiſſa. Tūc igitur aperte deo odibilis imperator cōtra pietatem ponebat leges. ⁊ primo quidē interdixit galileorꝫ filijs. Sic em̄ ſaluatoris noſtri cultores denoiābat. poetarum ⁊ rethorꝫ atqꝫ philoſophorꝫ legere diſciplinas. proprijs inquit pennis ſcḋm prouerbium vulneramur. Ex noſtris em̄ armati cōſcriptionibꝫ contra nos bella ſuſcipiunt Poſt hanc aliam poſuit legem precipiēs galileos expelli milicijs.

¶ Socrates.

## Capitulum. xviij.

Gitur athanaſium. de fuga remeantem Allexandrinorꝫ populus libenter excepit expulerūtqꝫ eccleſijs arrianos. et Athanaſio ſepta venerabilia tradiderunt. Verū arriani in domibꝫ ignobilibꝫ colligētes. in loco georgij luciū habuerūt.

## Capitulum. xix.

A ſiquidē tempeſtate lucifer caralenſis ⁊ Euſebius Vercellanenſis epiſcopi. Imperatoris iuſſione ab exilio reuocant. Vterqꝫ em̄ vltra thebaidis terminos ab exilia remeantes. tractabant quēadmodū corruptam eccleſie regulam repararent. Placuit igitur vt lucifer quidem ad antiochiam Syrie perueniret. Euſebius Allexandriam vt vna cum athanaſio facto concilio eccleſie dogmata roborarent. Lucifer tamen miſit in locum ſuū dyaconū: per quē profeſſus eſt ſeratum habiturum. quod eſſet concilij ordine conſtitutum. Ipſe autē veniens antiochiā. fluctuantem inuenit eccleſiam. Erat enim inter ſe turba diuiſa. et non tantū hereſis arriana: que erat ſub euzonio diuidebat eccleſiam. ſed etiam melecij ſequaces ſtudium habentes circa ſuum preſulem a ſuis conſortibus receſſerunt. Tūc ergo lucifer ordinans eis paulinum epiſcopum. rurſus abceſſit. Euſebius autem veniens. Allexandriam. cū Athanaſio conciliū celebrauit.

## Capitulum. xx.

O nuenerūtqꝫ ex diuerſis ciuitatibus epiſcopi. et de maximis neceſſarijſqꝫ rebus habuere tractatum. vbi etiam de ſancti ſpiritus diuinitate tractātes. eum in conſubſtantiali trinitate comprehēderunt. ⁊ verbum humanatum nō ſolum carne. ſed etiam anima declararūt. ſicut olim viris eccleſiaſticis cōplacuerat. Non enim nonam religionem in eccleſiam introduxerunt ſed quomodo ab initio eccleſiaſtica traditio docuit chriſtianos. Sic enim omnes antiqui ex hoc habita hui⁹ diſputatione ſermonis. ſcripturam nobis probatiſſimā reliquērunt. Nam Hyreneus ⁊ Clemens. ⁊ Apollinarius hyerapolitis. ſerapio antiochene eccleſie preſul. animatum eum qui humanat⁹

eſt in ſuis ſermonibꝫ ſunt pfeſſi. nectiõ ⁊ per
Berillum epiſcopum Philadelphie in ara=
bia cõſtitute. facta ſynodus ſcribens ad eun
dem Beryllũ hec ipſa contradidit. Sed eti
am origenes vbiqꝫ in ſuis libris animatum
nouit eum. qui eſt humanatꝰ proprie tamen
nouus tomus eius in geneſi hoc ſacramen
tum congruenter exponit vbi Adam quidẽ
chriſtum Euã vero Eccleſiam latius expla
nauit. Horum itaqꝫ dictorum digni ſunt te=
ſtes ſanctus Pamphilus. et qui ex eo cogno
men habebat euſebius ambo nanqꝫ et com=
muniter origenis vitam cõmendantes ⁊ eiꝰ
aduerſarijs reſiſtentes inſignibuſqꝫ libris ſa
tiſfactionem pro eo componentes. Non pri
mũ origenem ad hanc diſputationez veniſſe
dicitur ſed myſticam eccleſie interpretatum
fuiſſe traditionem. At illi qui Allexandriam
conuenerunt: non ſine ſubtili inueſtigatione
queſtionem de ſubſtantia ⁊ ſubſiſtentia reli=
querunt. Oſius nanqꝫ cordube hyſpanie p=
ſul de quo iam ſermo prelatus eſt premiſſis
ab impatore Conſtantino vt flammã tũc ab
Arrio excitatã extingueret. etiam ſabellij libi
enſis dogma deſtruxit. de ſubſtantia ac ſub=
ſiſtentia habuit queſtionem.

¶ Sozomenus.

Preterea plurimi epiſcopi in Allexã=
dria congregati cum Athanaſio et
Euſebio niceni concilij cõſtituta ro
borauerunt ⁊ conſubſtantialem patri ac fi=
lio ſanctũ ſpiritũ ſunt confeſſi trinitatẽqꝫ no=
minauerunt. Et quoniam de ſubſtãtia ⁊ ſub
ſiſtentia queſtio turbabat eccleſias. ſapienter
decretum eſt. vt his nominibus contra ſabel
lianos ſolos vtamur. nec nominum pia idez
putet eſſe ſubſiſtentia quod ſubſtantia.

¶ Socrates.

## Capitulum. xxj.

Et quidẽ tunc ſynodus nos aũt de
ſubſtãtia ⁊ ſubſiſtentia ſi qd nouimꝰ
abſurdum non eſt breuiter indicare
Igitur qui helladiacam explanauere prudẽ
tiam. ſubſtantiaz quidem diuerſo modo dif=
finierunt. ſubſiſtentie vero neqꝫ ſermonẽ fece
runt vllum. Hyreneus autem grammaticus
in libro vbi verba per litteram colligit. etiam
barbarum vocat hoc verbum. neqꝫ apd ali=
quos antiquorum dictum. ⁊ ſi alicubi ſit in=
uentum. non hoc indicare quod nunc intelli
gitur. Nam apud ſophoclem in phenice lo=
cum inſidiarum ſignificare ſubſtantiaz me=
minit. Apud menandruz veluti feces que ex
vino colliguntur in dolio. ſubſtantiam de ſi=
gnare dicit. Sciendum tamen quia licet an
tiqui philoſophi hũc ſermonem reliquerint
tamen iuniores philoſophorum pro ſubſtã
tia ſubſiſtentie ſermone ſunt vſi. ſubſtãtie vo
diffinitionem diuerſis modis explanarunt.
Si ergo diffinitione ſubſtantia circumſcri=
bitur. quomodo in deo qui non poteſt com=
prehendi proprie hoc vti ſermone poterimꝰ.
Uerum euagrius in manicho libro petulan
ter quidem ⁊ inconſiderate de deo diſputan=
dum eſſe prohibuit. diffiniri diuinitatẽ mo=
dis omnibus interdicit. Ait enim rerum cõ=
poſitarum eſſe diffinitionis. Is itaqꝫ ſic ait.
Omnis inquit propoſitio. aut genus habet
quod predicatur. aut ſpeciem. aut differen=
tiam. aut proprium. aut accidens. aut ex his
compoſitam orationem. ſed nihil in ſancta
trinitate horum que dicta ſunt poterit com=
prehendi. Igitur quod ineffabile eſt ratione
taciturnitatis adoretur. Hec quidem Eua=
grius. Nos autem licet facta digreſſione hec
dixiſſe videamur tamẽ tanqꝫ vtilem hyſtorie
cauſam nos retuliſſe nõ penitet.

## Capitulum. xxij.

Uerum Athanaſius librum de ſatiſ
factione fuge. olim a ſe conſcriptum
tunc eis preſentibus legit. cuius par
tes vtiles et que proſunt hic interferens totũ
librum multorum verſuum querere ⁊ lege=
re ſtudioſos ammoneo. Ait enim. Ecce hu=
iuſmodi ſunt preſumptiones impiorum hec
agentes. nec erubeſcentes in quibus primuz
contra nos mala ſunt machinati. Hactenus
accuſant. quoniã manus eorum preparatas
necibus declinare potuimꝰ ⁊ amariſſime po
tius ingemiſcunt. quoniam nos penitꝰ am=
putare nequiuerunt ⁊ improperantes timo=
ris cauſam. ignorantes quia dũ hoc ſubmur
murant in ſemetipſos magis retorquent cul
pam. Nam ſi fugere malũ eſt. perſequi mul=
to deterius. Hic quidem ne moriatur abſcõ
ditur. hic autem perſequitur vt occidat. Et
vt fugiatur quidem ſcriptum eſt. Qui autez
querit occidere preuaricatur legem ⁊ magis
ipſe fugiendi prebet occaſionem. Si aũtem
fugam improperant perſequentes. erubeſcãt
potius ſemetipſos quieſcãt inſidiari. et qui=
eſcunt continuo fugientes. Sed a callidi=
tate non deſinunt ſua ⁊ comprehendere om
nium virtute feſtinant. ſcientes quia fuga p=

ſecutionem patientium iudiciū eſt maximuꝫ
ꝑſequentium. Nullus eñ mitem atq꞉ clemē
tem fugit aliquando. ſed magis ferocem ſi=
mul ⁊ callidum. Omnis gemebat. ⁊ vexaba
tur a ſaul fugiebat ⁊ veniebat ad dauid. Sꝫ
iſti ꝓpterea eos qui abſconſi ſunt interimere
ſtudent ne eorum maliciam videātur argue=
re. qui etiam in hac parte cecantur. Nā quan
to fuga manifeſtior eſt tanto amplius eoꝝ in
ſidijs neceſſario laqueo commiſſa omnibus
ſunt aperte. Nam ſiue perimant mors cōtra
eos ſemꝑ exclamat. ſiue rurſus exilia minen=
tur vbiq꞉ ipſi cōtra ſe mali memoriā deſtina
re noſcuntur. Et ſiquidem ſanam haberent
mentē. viderent ſemetipſos in his eſſe cōſtri=
ctos. ſeq꞉ in cōſilijs ſuis offendere. Sꝫ quo=
niam ſapere ꝑdiderunt, ꝓpterea ꝑſecutiōe de=
cipiuntur. Et querentes occidere ſuam non
contemplantur impietatē. Nam ſi derogant
eis qui fugiunt querentes occidere quid fa=
cient cum vident iacob fugientem fratrē ſuū
eſau ⁊ Moyſen in madian deſcendiſſe ꝓpter
pharaonis timorem? Quomodo ſatiſfaciēt
Dauid Saul fugienti. qui in domū miſit vt
interimeret eum dum ⁊ abſconſus fuiſſet in
ſpelunca ⁊ mutaſſet vultum ſuū donec decli=
naret ab abimelech? Ob quaꝫ cauſam inimi
corum euaſit inſidias. Quid dicunt iſti qui
omnia ꝑferunt petulanter. vidētes maximū
Heliam In oratione quidem mortuum ſu=
ſcitabat ⁊ tamen abſconſum ꝓpter Achab. et
fugiſſe ꝓpter inſidias Hiezabel? Tunc etiaꝫ
queſiti filij ꝓphetarum. celati ſunt latātes in
ſpeluncis apud Abdiam. Sed ſi hec tanq̄
non vetera legerant. ſaltim memoriam habe=
ant euangeliorū. Nam ⁊ diſcipuli ꝓpter me=
tum iudeorū receſſerunt celantes ſemetipſos.
et Paulus in damaſco a principe gētis que=
ſitus. de muro in ſporta depoſit⁹ ⁊ man⁹ que
rentis effugit. Hec igit̃ de ſanctis viris ſcri=
ptura dicente quā putas excuſationē ſue pe=
tulantie potuerunt inuenire. Siue ergo ti=
morem improperent contra ſemetipſos tan=
q̄ veſani loquuntur. ſiue contra voluntatem
dei hoc dicunt fieri. ſcripturarum diuinaruꝫ
videntur penitus inexperti. Nam in lege p̄
ceptum fuit vt deputarentur etiam ciuitates
ad fugam. quatinus hi qui querebantur ad
mortē quomodo liberari poſſent. In nouiſſi
mo enim tempore ſeculorum. veniens ipſum
quod Moyſi locutum eſt patris verbū rur=
ſus hoc dedit mandatum dicens. Cum per=
ſecuti vos fuerint in ciuitate iſta, fugite in a=
liam. Et poſt pauca dicit. Cū ergo videritis
abhominationem deſolationis quod dictuꝫ
eſt per Danielem prophetam ſtantem in loco
ſancto. qui legit intelligat. Tūc qui in iudea
ſunt fugiāt in mōtana. q̇ in tecto eſt nō deſcē=
dat tollere aliquid de domo ſua. qui in agro
reuertatur tollere veſtes ſuas. Hec enim ſciē
tes huiuſmodi habuerūt conuerſatiōis mo
dum. Que eñ nunc precepit dominus. hec
etiam ante incarnatā ſui preſentiam in ſan=
ctis locutus eſt. Et hic eſt hominuꝫ termin⁹
ad ꝑfectionē ducēs. vt quod deus iubet hoc
faciant. ſicut ipſe dicit. Tunc vere diſcipuli
mei eritis ſi feceritis que precipio vobis. Pro
pterea ⁊ ipſum verbum ꝓpter nos humana=
tum. cuꝫ quereretur ſicuti nos abſcondere ſe
dignatum eſt. Et iterum dum perſecutioneꝫ
pateretur. fugit ⁊ inſidias declinauit. Dece=
bat enim eum ſicuti famem ⁊ ſitim etiam hoc
pati ⁊ hoc modo oſtēdere ſemetipſum huma
natum Ab initio ſiquidem mox homo factū
eſt: cum eſſet paruulus ipſe per angelū man=
dauit Joſeph. Surgens ſume puerū ⁊ ma=
trem eius ⁊ fuge in egyptum. futuꝝ eſt enim
herodē querere animā pueri. Mortuo quo=
q꞉ Herode. videtur ꝓpter Archelaum filium
eius in nazaret fugiſſe. Quando iam etiā deū
ſemetipſum innoteſcebat. ⁊ manuꝫ aridam
reſtituerat ſanam. ⁊ pharisei quidē egredien=
tes conſilium fecerunt aduerſus eum vt euꝫ
occiderent. Jeſus autem ſciens ſeceſſit inde.
Nam ⁊ quando Lazarum ſuſcitauit a mor
tuis. ab illa inquit die cogitauerunt vt occi=
derent eum. Hic ergo iam non palam ambu
labat inter iudeos ſed abijt inde i regionē iu
xta deſertum. Deinde ſaluatore dicente. An
teq꞉ Abraham fieret ego ſum. iudei quidem
tulerunt lapides: vt mitterent ſuper eum Je
ſus auteꝫ abſcondit. ⁊ exiuit de te templo. Et
tranſiens per medium illorum abijt ⁊ ita di=
ſceſſit. Putas hec videntes magis autē audi
entes cum non videant. quomodo ſcd̄m qđ
ſcriptum eſt. non debent igni comburi. quo
niam contraria his que dominus facit ⁊ do
cet cogitant ⁊ loquuntur. Nam quando Jo
hannes martyrium ſuſtinuit: eiuſq꞉ corpus
ſepeliere diſcipuli ieſus diſceſſit inde in na=
uim ad deſerti locum ſeorſum. Dominus ita=
q꞉ hoc faciens. ita dicebat. Sed vtinam iſti
vel ſic erubeſcerent ⁊ vſq꞉ ad homines ſuam
petulantiam declararent. ⁊ nō magis ac ma=
gis inſanientes viderentur etiam ipſum ar=
guerere ſaluatorem. contra eū vtiq꞉ blaſphe=

mias meditantes. Sed neq̃ ſanorum quili
bet eos poterit ſuſtinere cum arguantur nec
euangelia ipſa poſſe. Eſt enim occaſio noſtre
diſceſſionis ⁊ fuge rationabilis ⁊ vera. quã
in ſaluatore quidem euangeliſte poſitam me
morarent. nos autẽ etiã in ſanctis viris opor
tet talia cogitare. Nam ea que de ſaluatore
humano modo conſcripta ſunt eadẽ huma-
no communiter generi deputantur. Que no
ſtra ſunt ille ſuſcepit. ⁊ paſſionis noſtre infir-
mitates oſtendit. quod Johannes ita cõſcri
pſit. Querebãt ergo eum tenere ⁊ nullus mi-
ſit in eum manus: quia nõdum venerat ho-
ra eius. Naz anteq̃ hec veniret. dicebat ipſe
matri. Nondũ venit hora mea. Et eis qui
fratres appellabantur ait. Meũ tempus nõ-
dum venit. Rurſus autem tempore paſſiõis
dicebat diſcipulis. Dormite iam ⁊ requieſci
te ecce enim appropinquabit hora ⁊ fili' ho-
minis tradetur in manus peccatorum. Sed
neq̃ anteq̃ veniret tẽpus ſe teneri paſſus eſt.
ſed etiã ſemetipſuz tradidit aduerſarijs. Sic
⁊ beati martyres in perſecutionibus tempo-
ralibus cuſtodiebãt ſemetipſos. ⁊ dum que-
rerentur per latibula fugiebant. Cum vͦ in
uenirent. martyrio ſe ſubdebãt. Hec de atha
naſio retuliſſe ſufficiat.

## Capitulum.xxiij.

Euſebius interea Vercellenſis epi-
ſcopus repente poſtmodũ ab allexã
dria venit ad Antiochiã. ⁊ inueni-
ens paulinũ a lucifero conſecratũ plebemq̃
diuiſam. melecij q̃ ſequaces miſſas ſeorſuz fa
cientes: valde cõmotus eſt. quia facte ordina
tioni nõ vniuerſi cõſenſerant. Reprehẽditq̃
apud ſemetipſm quod geſtũ eſt. ⁊ ꝓ reuerẽtia
luciferi habita taciturnitate diſceſſit promit-
tens in conuentu epiſcopoꝝ que geſta fuerãt
emendanda. Habẽs tamen curam maximã.
eos vnire non potuit. Inter hec etiam mele-
tius ab exilio remeauit. inueniensq̃ ſeorſum
celebrare collectas ſuos ſocios pſidebat eis.
Sed eccleſias quidem obtinebat Euzoius
arriani dogmatꝭ pſul. Porro paulin' vnã tã
tũmodo paruaꝝ intra ciuitatẽ detinebat ec-
cleſiam. ex qua eum Euzoius ꝓ ſui reueren-
tia non eiecit. Meletius autẽ extra ciuitatis
portas ſollemnia celebrabat. Tunc igit' hoc
modo de Antiochia diſceſſit Euſebius. Ve
rum Lucifer ſentiens nõ Euſebiũ ſuſcipere
eius ordinationẽ hoc putauit iniurioſum ac
vehementer iraſcebatur. ⁊ cõmunicare decli
nabat Euſebio. Sed etiam que ſynodo pla-
cuerãt ꝑ contentionem reprobare nitebatur.
Hec dum inter eos triſticie tẽpore gererẽtur
multos ab eccleſia remouerũt. ⁊ denuo luci
ferianoꝝ altera hereſis eſt exorta Sꝫ lucifer
irã ſuã nequaq̃ cõplere pualuit. Erat eñ cõ
feſſiõib' ſuis obſtrictus. dũ ꝑ ſuũ dyaconũ ꝓ
miſiſſet ratũ ſe habituꝝ. quod fuiſſet a cõſilio
diffinitũ. quapropter ipſe quidẽ eccleſie tenẽs
fidẽ ſardienã ad ꝓpriũ remeauit thronũ. Hij
vͦ qui pri' cũ eo cõtriſtati fuerãt hacten' ab
eccleſia ſegregant'. Verũ Euſebius adinſtar
optimi medici faciẽs ꝑ orientẽ. infirmos fi-
de recreauit. imbuẽs atq̃ docẽs predicatio-
nibus eccleſiaſticis vniuerſos. Hinc tranſi
ens venit yllirieum. ⁊ inde ytaliam ꝑagrans
hec ipſa pronunciabat.

## Capitulum.xxiiij.

Erũ Hylarius pictauienſis ſedem
aquitanie põtifex recte fidei dogma
ta dudũ pſeminauerat tam ytalis q̃
Gallicanis epis. quippe cũ prim' ab exilio re
meaſſet. Vterq̃ ergo fortiter in fide laborauer-
runt. Sed Hylari' tanq̃ diſert' ſuis libris
ſatiſfactionẽ de trinitatꝭ ꝯſubſtãtialitate con
ſcripſit quib' hoc ſufficiẽter expoſuit. ⁊ vehe
mẽter arrianoꝝ dogma deſtruxit. Hec itaq̃
poſt breue eoꝝ exilij tẽpus celebrata noſcũt'.

## Capitulum.xxv.

A ſiquidẽ tempeſtate macedonij ſe-
ctatores. ⁊ Euleuſij Euſtachij. So
phronij omnes ab vno macedonio
nuncupati ſunt. concilia frequentia faciebãt
et conuocantes qui in Seleucia eos ſecuti
fuerant anathematizauerunt alterius partis
epiſcopos id eſt conſentientes acatio. fideq̃
ariminenſis concilij reſpuentes. ſed magis
que fuerant recitata ſeleucia et antiochia ex-
poſita firmauerunt. Qui dum requiſiti fuiſ-
ſent ab aliquibus dicentibus vos qui nunc
Macedoniani vocamini. ſi aliud ſapitis q̃
ſectatores acacij cur eorum hactenus tanq̃
eadẽ ſapientiũ eſtis cõmuniõe participati:
Ita venenoſe reſpõderũt ꝑ ſophroniũ pom-
peiapoleos. Paflagonenſem epiſcopũ. Occi
dentales inquit in cõſubſtantialitate langue
bant. Etius autem per orientem ſcõm ſub-
ſtantiam diſſimilitudinem predicabat. Et
erant vtraq̃ praua. cum hic quidem inordi-
nate diuiſas ſubſtantias patris et filij con-
ſubſtantialitatis nomine copularet. ille vero

a natura patris naturam filij aperte diuideret. credēs ſemetipſum pie predicare diſſimile eſſe patri filium per ſubſtantiā. His ergo ita putantibꝫ. media via nobis veritatem pietatis habere complacuit. Hoc itaqꝫ modo querentibꝫ ſatiſfacere nitebant.

## Capitulum. xxvi.

Gitur imperator audiens Athanaſium in Allexandrinorum eccleſia conſtitutum licite populo predicare. multoſqꝫ paganoꝝ ad chriſtianitatem fuiſſe conuerſos eum iuſſit exire de ciuitate. Qui ſi maneret damna maxima eum ſuſtinere precepit. occaſionem criminis in eum inueniēs. quia dum prioris principis tempore fuiſſet fuga mulctatus nō eius iuſſione epiſcopalē receperit ſedem. Quāobrem dū ſcdm imperatoris precepta ſe prepararet ad fugam. videns circa ſe criſtianorum populuz lachrymantē habetote inquit filioli fiduciā. Nubes eſt ⁊ cito ptranſiet. Hoc dicto valefecit. et de gentibꝫ amicis cōmendauit eccleſiā: atqꝫ ab Allexandrina ciuitate diſceſſit.

## Capitulum. xxvii.

Nterea Cyzicinis legatione fugientibus apud principem Julianū de proprijs rebus ⁊ paganorum reſtitutione temploꝝ laudās eum propter ſacrorum curam: que poſtulauerant vniuerſa cōceſſit. Eleuſium autē eius ciuitatis remouit epiſcopum veluti vaſtatorem templorum. et quia viduarum pabula ſacrarumqꝫ virginū monaſteria conſtituerat paganiſqꝫ ſuaſerant vt paternam religionem relinquētes ad chriſtiana dogmata ſe conferrent. interdixit etiā chriſtianis peregrinis ne venirent ad cyzicū. credens quia religionis cauſa excitarent ſeditiones eoſqꝫ alij eius ciuitatis chriſtiani fouerēt. vt publice ſimul opifices artificeſqꝫ monete. qui in duas diuiſi partes principuz preceptione priſcorum cum vxoribus liberis cyzicum habitare ſunt iuſſi. Hij em̄ ſingulis annis certam oblationem publico cōferebant. alij quidē militū clamides. alij vero pecunias nouas. Cū igitur modis omnibꝫ placuiſſet Juliano ritum conſtituere paganorum vim quidē inferre. atqꝫ tormenta populis ſacrificare nolentibꝫ factuū iudicauit. ſed hoc tantūmodo precepit. vt per ſingulas ciuitates numerus eorum cōſcriberet. quos tamen nequaqꝫ. aut orare prohibuit. ſciebat enim quia non poſſet vlla neceſſitas ſuſpendere quod voluntas ſpontanea ſuggeſſiſſet. Porro clericos. et eccleſiarum preſules a ciuitatibus ſuſpendere feſtinabat. ſtudens vt eorum abſentia paulatim ſolueretur eccleſia neqꝫ ſacrorum miniſtri nec qui docerent nec qui miniſterijs participarentur exiſtere: ne ⁊ per hoc longo tempore putarent proprie religionis obliuionem.

## Capitulum. xxviii.

Oſtrenſibus itaqꝫ publica voce precepit. vt Titū ſue tunc ciuitatis epiſcopum expellerent. Cunqꝫ iuſſiſſet. hoc clericiſqꝫ minaret quaſi ipſi facerēt turbationes in populo. tunc titus libellum deſtinauit imperatori conteſtatus eum ac dicens quia inimica inter ſe eſſet turba paganorū atqꝫ chriſtianoꝝ vt eius ſuaſiōe chriſtiani magis a ſeditione quieſcerent. Quo facto niſus eſt imperator ex huiuſmodi verbis Tito inimicicias populi concitare. ſcribens Boſtrēſibus. quia titus eorum accuſator fuiſſet dicendo ſuis monitis non ſua volūtate populum a ſeditione ceſſaſſe eum velut hoſtem populo ſuadebat expellere. Non enim quod iuſtum erat aut legitimū iubebat agi. ſed odio religionis verbis quidem culpare. operibus autem mala perfici contendebat. quapropter per ciuitates: ⁊ prouincias chriſtiani diffugebant iuxta ſaluatoris vocem. Si perſecuti fuerint malis ſuis operibꝫ in ciuitate iſta fugite in aliam. Non enim eſt diſcipulus ſuper magiſtrum ſuum. nec ſeruus ſuper dominum ſuū. Sufficit diſcipulo: vt ſit ſicut magiſter: ⁊ ſeruo ſicut dominus eius. Si me ꝑſecuti ſunt. ⁊ vos perſequentur ⁊ cetera. Huius participes plurimi meorum fuere progenitorū ſimul. ⁊ aut qui de patre pagano natus ipe cū tota domo. ⁊ q̄ erāt ex genere Alafionis chriſtiani primo ſunt facti in bethelea vico Hazenſi nimiū populoſo. habētiqꝫ templa antiq̄ edificatioqꝫ pulcherrima. ⁊ maxie Pātheū in ciuitatis arce locatū eminens ſup oēm vicū. Quē locum arbitror ex voce ſira ⁊ greca deoꝝ habitaculū nomiatū. Fert itaqꝫ oibꝫ fuiſſe xpianitatꝭ auctorē hylarionē monachū. Cū em̄ demonio vexaret Elafiō diuti⁹ pagani atqꝫ iudei ı̄cantatiōibꝫ. ⁊ luſtrationibꝫ apd eū vſi. nihil illi ꝓdeſſe potuerūt. veꝝ Hylarion ſolūmodo criſti nomē inuocans demoniū effugauit. eūqꝫ in religionem chriſtianā repente tranſpoſuit. Floruit itaqꝫ

meus autus in expoſitionibꝫ ⁊ interp̄tatoībꝫ
ſcripturaꝝ noſtraꝝ quoniā erat ingenioſus
ſententiaqꝫ fulcitus. ita vt iam arithmetice
artis eſſet expertus. ac propterea aſcalonitis
et gazenſibus ⁊ in circuitu chriſtianis val-
de gratiſſimus. tanqꝫ religioni neceſſarius ⁊
adſoluendas dubitationes ſcripture diuine
proficuus. Primo ſiquidem iſti in eo loco ec
cleſias ⁊ monaſteria conſtruxerunt eaſqꝫ ho
neſte atqꝫ hoſpitalitate peregrinorum ⁊ indi
gentium pariter ornauerunt. ex quo genere
fuerſint vſqꝫ ad nos viri optimi quos gran-
deuos iuuenculus ipſe conſpexi.

# Capitulum. xxix.

Situr imperator dudum ſtudēs pa
ganitatem in omni ſua ditione dila
ri grauiter ferebat videns chriſtia-
nos potius approbari. ⁊ templa quidē erant
aperta ſacrificiaqꝫ paganorū per ciuitates
ſcōm voluntatem illius procedebant. Ipſe
autem eſtuabat ne feruor eius chriſtianorū
habundancia fruſtraretur ⁊ maxime pulſa-
batur quia multas ſacerdotum ſuorum chri
ſtianos audiebat vxores. ⁊ filios atqꝫ ſeruos
Arbitratus autem chriſtianitatis ſtatum ex
vita bona. et conuerſatione. conſiſtere ſtu-
duit vbiqꝫ templa paganorum conſtructio-
ne. ⁊ ordine chriſtiane religionis ornare ſedi
bus atqꝫ proceſſionibus paganorumqꝫ do-
gmatibus atqꝫ monitionibus lectores ſuper
ſtitionis ſue inſtituit adinſtar clericorum vt
horas certas. ⁊ dies. ⁊ orationes ſollenniter
obſeruarent. precipiens pariter habere curā
viros atqꝫ mulieres philoſophare ſcientes.
Habitaculis peregrinorum ⁊ pauperū alia
qꝫ prouidentia circa egenos exhibita. paga-
norum religionem componere ⁊ pietatis ha
bere nomen. Siquis autem ſpōte vel inui-
tus peccaret ſcōm traditionem chriſtianorū
inſtituit. vt poſt penitentiam mediocrem ſu-
ſtineret correctionem. Precipue vero zelatus
dicitur notas litterarum epiſcopalium qui-
bus ſolent alterutris ſcribentes cōmendare
peregrinos. ⁊ vbi proficiuntur ⁊ ea quibꝫ om
nibus modis veniunt indicare ⁊ ſolacia pro
mereri tanqꝫ noti ⁊ amici ſint teſtimonio di-
recti ſignaculi. Hec conſiderans feſtinabat
vt pagani aſueſcerentur chriſtianorum offici
is. Sed quoniam multis incredibile eſt. cū
ſtudia chriſtianorum ſequi voluiſſe. nō aliū-
de quā ex ipſius imperatoris ſermonibus eſt
probandum huiuſmodi enim vrſacio ponti-
fici galance ſcriptura direxerunt. Paganorū
ritus nondum agitur ſcōm intentionem no
ſtram propter cultores eius in negligētia po
ſitos. nam deorum claritas magnitudo atqꝫ
ſublimitas omniū oratione omniqꝫ ſpe ma-
ior eſt. Sed propicij ſunt noſtris mentibus
dij. propter negligentiam quā habemus cū
illorū prouidentia in paruo tempore tanta
mutatio facta ſit quantā nec orare primitus
quiſcunqꝫ p̄ſumpſerat. Cur ergo credimus
hoc poſſe ſufficere. neqꝫ reſpicimus quemad
modum ſuperſtitionem chriſtianorum au-
xit cura peregrinorum ⁊ circa ſepulturas et
mortuos multa ſolatia honeſtaqꝫ conuerſa-
tionis ſtudia. non vera ſed ficta. quas res ar
bitror apō nos debere ſub veritate ferri. Nō
itaqꝫ ſat eſt totalem eſſe. ſed omnes abſolute
circa galatiam ſacerdotes quos aut depreca
re aut ratione flecte aut certe feſtinanter a ſa-
cerdotali miniſterio remoue. niſi dijs cū con
iugibus ⁊ filijs atqꝫ ſeruis colla ſubmiſerūt
non ferentes vlterius eorum ſeruos aut fili-
os. hoc facere contemnētes aut gallileos im
pie contra iudeos agentes. ⁊ impietates pie
tatibus preponentes. Deniqꝫ deinde cūctos
ammone. vt ſacerdotes neqꝫ ad ſpectaculum
procedant neqꝫ in tabernis bibāt. quilibet ar
tio peribuſqꝫ turpibus aut impudentibꝫ pre
ſit. Qui obediūt honorent. inobedientes ex-
pelle. Xenodochia conſtitue per ſingulas ci-
uitates vt noſtra peregrini clemētia perfrua-
tur. non tantum noſtri ſed etiam extranei pe-
cunijs indigentes vt habeas vnde viuant.
Interior decreui ſingulis annis triginta mi
lia modios tritici per vniuerſam dari gala-
tiam. ⁊ quadraginta milia vini ſextarios. ho
rum quinta pars pauperibus templa obſer
uantibus debet expendi. reliqua peregrinis
indigentibuſqꝫ diſtribui. Turpe nāqꝫ eſt vt
iudeos quidem non abijciant ſed potiꝰ nu-
triant impij galilei ⁊ ſuos pariter necnon et
iam noſtras. noſtri vero noſtrorum ſolatium
deſerantur. Quapropter doce etiā collatio-
nes facere paganos ad talia miniſteria paga
norumqꝫ vicos offerre dijs primicias fru-
gū eoſqꝫ huiuſmodi bene factis inſtitue do-
cens eos hoc opus olim fuiſſe noſtrorū. Ho
merus hoc p̄bat. introducens eū talia faciē
tem. Nos ergo neqꝫ bona noſtrorū imitamur
ſed alijs remittimꝰ negligentia nō cōfuſi ma-
gis autē deorū reuerentiā reſpuentes. Si igi
tur hec te facientē ego cognouero. leticia plenꝰ
ero. Preſides p̄uinciarū rariꝰ domi ſuſcipe.

frequenter eis ſcripta tranſmitte. Ingredientibus eis ciuitatem. ſacerdotum nullus occurrat. Cumq; ad templa venerint deoꝝ intra ianuas eos nemo precedat militum. aut forte precedentium officiorū. ſed qui voluerit ſubſequit. Cumq; ad ipſum limen templi peruenerit priuatus exiſtat. Tu em̄ ſicuti noſti intus eſt iudex. hoc em̄ etiā ſacra ſenectio videt exigere. Obediētes igit ꝓ veritate pii ſunt reluctātes vane glorie deputant. Quid em̄ patiat aut quod mereat auxilium qui matrem deorū propiciā habere noluerit? Qui ergo eā neglexerint. non ſolū ſine querela nō erunt. ſed etiam noſtre indignationis impetum ſuſtinebūt. Nec em̄ fas eſt vt illis parcatur qui eos habuerint inimicos. Suade ſiquidē eis vt ſi mea volunt frui tuitione oēs matri deoꝝ ſtudeant offerre culturā.

## Capitulum. xxx.

Et itaq; faciens impator ad deſtructionē chriſtianoꝝ. neq; ſuadere ſubiectis ꝑualuit ꝛ apte vim inferre palam erubuit. Inter hec vt ad paganitatē milites inſueſceret: ſtuduit ad priſcū ſcema reformare ſignū illud ſublimi⁹ romanoꝝ. qd conſtantin⁹ ſicuti predictū eſt in crucis formam mutauerat. Verū in publicis ymaginib⁹ depingebat iouē: qſi de celo ſibi coronā ꝛ purpurā deferentē. Mercuriū ꝛ martē in ſe reſpicientes velut ꝓ teſtimonio ſapiētis ꝛ fortis. ꝛ hoc agebat in ymaginib⁹ vt ſub occaſiōe imperii latēter adorent dii. Et h̄ modo ſubiecti clāculo fallerent. Arbitrabat em̄ qꝛ ſi h̄ ſponte eis imponeret. poſtea q̄ vellet impleret. Si vero reſpuētes agnoſceret. venia ſublata torqret. ꝛ tanq̄ circa romanoꝝ ſolennia reluctantes. ꝛ in republica atq; in ipſo impio delinq̄ntes. pauci ſiquidē ꝛ iā penis ſubditi cognouerūt dolū qꝛ ſicut moris erat adorare noluerant. Turba vero vt aſſolet ꝑ ignorantiā ſimpliciter ymagines adorabāt qd tn̄ impatori nil ꝓfuit. Cūq; mlta excogitaret quib⁹ paganoꝝ ritus extolleret. inuenit modū q̄ pluribus militib⁹ chriſtianis clare virtutis coronā dedit Cū veniſſet itaq; tēpus q̄ impialia milites ſolēt dona accipe. h̄ em̄ agit plerūq; die kalēdarū ianuarii: ꝛ natale principiū ꝛ vrbiū regiarū exq̄ſiuit quatin⁹ eos ſimpliciter ꝛ ex priſca ꝯſuetudine fallere potuiſſet. iuſſitq; vt vnuſquiſq; ad manū impatoris accedentiū ammonit⁹ officiis primo incenſum offerret. Erat em̄ ante eū poſitū thus ꝛ ara. ſm̄ antiquā romanoꝝ ſollennitatē. Tūc quidem alii licenter ſuā fortitudinē oſtēderūt: ꝛ neq; icenſum offerre neq; donū accipere ab impatore ſunt paſſi. Alii vero ex occaſiōe legis ꝛ antiq̄tatis. neq; mēte ꝑceperūt quod cōmiſere pctm̄. Verū alii ꝓpter lucrū capti aut timore turbati. ſeu iuſſiōe repētina ꝯcluſi. licꝫ intellexerint tamē paganitatē declinare nequiuerūt. Plurimi ſiquidē ꝑ ignorantiā decepti dū inter cibos vt aſſolet ꝛ pocula inuocarēt inter alterutros xp̄m reſpondēs quidā dixit. Quid patimini inuocātes xp̄m quē ante paululū denegaſtis. dū donū ab impatore ꝑcipiētes thus in ignē mitteretis. Cū ḡ milites audiſſent et quod geſſerāt agnouiſſent. ſtatī exiliētes publice currebāt atq; impetu facto clamabāt deumq; ſuū: ꝛ cūctos hoīes teſtabant xp̄ianos ſe eſſe ꝛ in eo noīe ꝑmanere: atq; ꝑ ignorantiam ſe feciſſe ꝛ ſi dici poſſet ſolā manū paganam eſſe ꝯſciētia vero nihil ſimilis egiſſe. Cūq; veniſſent ad principē, ꝓiecerūt auꝝ qd acceperāt forti voce poſcebāt vt reciperet qd dediſſet. ꝛ illos occideret. Se em̄ penitētiā agere fatebant eo q̄ improuide eoꝝ dextra peccaſſet. et ſtudere propter chriſtum totum corpus pene contradere.

❡ Theodoricus.

Et fauorē mouerūt imperatoris. ꝛ primo quidē eoꝝ capita iuſſit auferri. Cūq; deducerent ad mortē ſequente ꝑplo imitationq; virtutē eoꝝ proprietate ſuſcepta venerūt ad locum quo rei puniri ſolent. Tūc ſpiculatorem rogauit ſenior omniū vt ante omnes caput cuiuſdā nomine romani ad huc adoleſcentis abſcideret. ne dum alios reſpiceret frangeretur. Cūq; ille genua fixiſſet in terraꝫ et gladium ſpiculator euaginaſſet venit repēte nuncius clamore prohibens necem. Porro iuuenculus ille occaſione priuat⁹ ait. Nō fuit romanus dignus vt xp̄i martyr appellaret. Et licet ſanguinē malign⁹ imperator fundi prohibuiſſet ductus inuidia veruntamen non eos in ciuitatib⁹ habitare ꝑmiſit. ſed vltima romanoꝝ ad loca exilii deſtinauit.

❡ Sozomenus.

Oſtea vero ꝑcepit vt qui ſacrificare noluerūt in palaciū nō intraret. neq; collegio. neq; foro eos. neq; arbitrio. neq; vlla dignitate. nec qualibet amminiſtratiōe participare iuſſit.

❡ Theodoricus.

## Capitulum. xxxi.

Cum igit̃ Julianus apud pythyum Dafnenũ peteret reſpõſa de parthici belli victoria. ⁊ ille in ciuitate corporis babille martyris accuſaret iuſſit corpꝰ eius auferri. Ob quã rẽ cũ chriſtiani feſtiuitatem deducto corꝑe pſallẽtes agerẽt. ⁊ indignatiõe ꝓncipis quidã Theodorus iuuẽculus multa paſſionũ tormẽta ptuliſſet. hoc ita geſto fallax demon martyris quidẽ gloriam auxit. ſuũ ꝟo mendaciũ clariꝰ enudauit. fulmen nãqꝫ celitus miſſum om̃e templũ accendit ipm pythyr apollinis ſimulacrũ redegit in puluerẽ. Erat em̃ ligneũ ex trinſecus deauratũ qui noctãter ꝑfectus oriẽtis tũc nomine Julianꝰ agnoſcẽs. feſtinãter venit ad dafnen volens ferre deo ſuo ſolatia. Videſqꝫ eũ redactũ in puluerẽ neochorus verberibꝫ affligebat. credẽs ħ ab aliq̃ chriſtiano fuiſſe cõmiſſum. Qui licet torquerent̃ tñ mentiri noluerũt. clamãtes incendiũ nõ deorſum. ſed de ſurſum habuiſſe principiũ. Ad hec etiã ruſtici vicinoꝝ venientes locoꝝ dixerũt ſe vidiſſe fulmen celitus fuiſſe delatũ.

## Capitulum. xxxij.

Praeterea iubent̃ vaſa eccl̃iarum ſacraerario deputari ſublatiſqꝫ ianuis eccleſia maioris fit cũctꝫ inceſſibile ſanctuariũ. Ingrediẽte ſi quidẽ Juliano ꝑfecto oriẽtis eccleſiã felix ꝑ poſitus regalũ theſauroꝝ pariter introiuit ſil' helpidius comes rerũ priuatarũ. Aiũt em̃ ⁊ felicẽ ⁊ helpidiũ primitus chriſtianos. tũc a pietate receſſiſſe impio principi parere cupiẽtes. Julianꝰ itaqꝫ ꝑfectꝰ impudẽter ꝯtra ſacrũ altare minxit. Quẽ dũ euzoius ꝓhibere tẽtaret eũ ille ꝑcuſſit in capite fert̃ aũt dixiſſe. qꝫ religio chriſtiana eſſet diuina ſollicitudine deſolata. Porro felix videns vaſoꝝ ornamẽta q̃ Cõſtantinꝰ ⁊ Conſtantiꝰ frequẽter obtulerãt ecce inq̃t in quibꝫ vaſis marie filio miniſtrat̃. Sꝫ ꝓ his impietatibꝫ veſaniſqꝫ ꝑſumptionibꝫ. nõ poſt multũ penas exacti ſũt. Nã repẽte julianꝰ ſeua infirmitate detẽtus viſceribꝫ putrefactis interiũt ⁊ fimũ nõ ꝑ meatꝰ digeſtibiles emittebat. ſed celeſtũ os qd blaſphemijs miniſtrauerat organũ huiꝰ egeſtiõis eſt factũ. Aiũt em̃ eius vxorẽ fide fuiſſe clariſſimã. eãqꝫ dixiſſe. Decet te marite laudare ſaluatorẽ chriſtũ quẽ tibi ꝑ hãc correptionẽ magnitudinẽ ꝓprie virtutis oſtẽdit. Non em̃ agnoueras ꝯ quẽ dimicare voluiſti niſi cõſueta longanimitate hec tibi flagella diuinitus intuliſſet. His ḡ verbis et paſſionibꝫ iminẽtibꝫ. cauſa in languorꝫ agnoſcens rogabat impatorẽ. vt eccleſia quibꝫ fuerat ſublata reddeꝛ ſed nec illũ flexit ⁊ ipe terminũ vite ſuſcepit. Porro felix ⁊ ipe repente flagellũ virtute diuina ſuſcipiẽs: ſanguine tota die ſimul ⁊ nocte ex ore fuſo. ⁊ venis corporis vndiqꝫ vacuatis. omniqꝫ ꝟtute ſimul expenſa ⁊ ipe celeriter eſt extinctꝰ. eterneqꝫ morti contraditus.

## Capitulum. xxxiij.

His ita geſtꝫ adoleſcẽs quidã ſacerdotis filiꝰ in paganitate nutritꝰ ea tempeſtate ad chriſtianoꝝ trãſlatꝰ ẽ chorum. Erat em̃ tũc q̃dã inſignis reuerẽtie mulier ⁊ dyaconiſſe honore fulgebat. hec cũ huius matre habuit amicicias q̃ priꝰ dũ eiꝰ mater ad eã veniret adhuc infantẽ amplectebatur. ⁊ ad cultũ xpiani nois inuitabat. Porro matre defũcta veniebat adoleſcẽs ad eã ⁊ doctrina ꝯſueta fruebat̃. Cũqꝫ firmiſſime eiꝰ cõſiliũ ꝑcepiſſet req̃ſiuit doctricẽ q̃ poſſit argumẽto ⁊ pr̃is ſupſticionẽ declinare. ⁊ ꝑdicationẽ ꝟitatꝫ adipiſci. Que dixit vt patrẽ fugeret ⁊ creatorẽ ſuũ atqꝫ illiꝰ potiꝰ ſeq̃ret̃. vtqꝫ ad aliã iret vrbẽ in q̃ latẽter impatoris impij manus effugeret. ipa ſe eiꝰ curã hr̃e ꝓmittẽs. Ad quã adoleſcẽs. Reuertar inq̃t poſtea ⁊ aiam meã tibi ꝯtradã. Cũ ꝟo pauci trãſiſſent dies iuliãꝰ necnõ ad dafnẽ celebraturꝰ publica ſacrificia. cũ q̃ etiã huiꝰ pr̃. Erat em̃ ſacerdos ⁊ ſequi cõſuetus imperatorẽ cũ quo erat ⁊ iſte puer eiuſqꝫ frater habentes officiũ: vt cibos impatori apponerẽt. Solebãt em̃ ſeptẽ diebꝫ in dafne feſta celebrari. Prima ſiquidem die cum ſtaret ante impatoris acubitũ. ⁊ epulas ſolenniter aſperſiſſet. repletus horrore cũ celeritate venit antiochenã ad ciuitatẽ. ad illaꝫ mirandã mulierẽ. Quo facto. ego inquit veni. nequaqꝫ tibi de promiſſione mentitus. tu vero vtriuſqꝫ ſaluti cõſulens: ꝓmiſſa comple At ille repẽte ſurgens ad dei virũ meletiũ perduxit adoleſcentẽ. Verũ ille in ſupiori habitaculo interim cũ habitare ꝑcepit. Pater intereã filiũ requirẽs ⁊ dafnum circuibat omnẽ. ⁊ ad vrbẽ veniẽs plateas cunctas ꝑambulabat ⁊ vicos oculiſqꝫ currentibꝫ ⁊ eũ inueſtigare deſiderãtibꝫ. Cũqꝫ ꝑueniſſet ad locuꝫ vbi habitaculũ habebat. oẽs meletius ſuſpiciẽs vidit illũ de feneſtra reſpicientem. ⁊ currens traxit ac depoſuit. atqꝫ ad domũ vſqꝫ ꝑduxit. Primũ eũ multꝫ flagellis afficiẽs deinde calefaciẽs. obeſus manibꝫ ac pedibꝫ dorſo

eius impoſuit. Poſt hec vinctū in cubiculo clauſis ianuis dereliquit ⁊ ita prexit ad dafnum. hec ꝗ a viro iam ſene cū narraret audiui: qui etiā hec adiecit. qm̄ ſpiritu diuīo gratiaqꝫ cōpletus cōtriuit oīa patris ydola ⁊ eorum infirmitate cepit irrogare blaſphemias Quo facto mēte ꝑcipiēs qḋ egiſſet formidauit pſentiā patris irrogauitqꝫ dn̄m chriſtū vt ei ferret auxiliū clauſtraqꝫ cōfringeret ⁊ ianuas aperiret. Propter te inq̄t dn̄e talia pertuli ⁊ hec agere nō expaui. Cum hec dixiſſet ceciderūt repēte clauſtra. apteqꝫ ſunt ianue. At ille rurſus ad magiſtrā venit. Que continuo induēs eū ſcemate mulieris ⁊ in tecto reſidere cōſtuens. poſt paulū otulit rurſus ſancto melicio. Qui cū epiſcopo cirillo hieroſolymitano cōtradidit ⁊ ita venerūt noctāter ī paleſtinā. Uerū poſt iuliani mortē etiā patrē iſte chriſtianā duxit ad veritatem quod inter alia quoqꝫ nobis expoſuit.

## Capitulum. xxxiiij.

Pterea Julianus cōtra fidei pietatem impudenti⁹ armabat̃ ⁊ vultu q̄dem ſe ſimulabat mitē porro laqueos inſtruebat quib⁹ deciperet īnocētes. Et primū quidē fontes vrbis dafneos ſacrificijs violauit. vt vnuſquiſqꝫ aquā bibentiū eius horrore potiret̃. Cūqꝫ etiā in publico venales cibos illos ſcelere compleuiſſet. aſpergebant̃ em̄ ex eis ⁊ panes ⁊ carnes. ⁊ poma ſil' ⁊ holera ⁊ cūcta que comederūt. hec videntes qui nomē ſalutare ꝑceperūt. ingemiſcebant quidē atqꝫ mugiebāt videntes abominationem tantā verūtamen comedebāt legi obedientes apl̄i. Oīa inquit q̄ in macello venduntur. comedite. nihil dijudicantes ꝓpter cōſcientiā. Uerū duo quidā cōuiuio milicia clari Erāt em̄ ſcutarij principis in quodā ꝯuiuio hoc horrore feruētius ſunt accenſi. atqꝫ mirabiliū adultoꝝ in babylone ſplendentiū ſermonib⁹ vſi ſunt dicētes. Tradidiſtis em̄ nos regi iniquo q̄ receſſit a te vltra oēs gētes que ſunt in terra. Hec quidam ꝯuiuaꝝ nūciauit impatori. Qui repēte illos ad ſe fortiſſimos viros adducens req̄rebat q̄d locuti fuiſſent. At illi occaſionē fiducie interrogatiōe ſumētes impatoris laudabileqꝫ ſui firmiantes zelū dixerūt hec. Pietati mori nutriti o princeps ⁊ laudabilis hacten⁹ legib⁹ ſeruiētes q̄s Cōſtantin⁹ ⁊ eius filij poſuerūt. in gemiſcimus nūc abomnationē oīa vidētes eſſe cōpleta et nefandis ſacrificijs cibos potuſqꝫ violari. hec ⁊ domi defleuimus ⁊ te pſente nihilominus eiulam⁹. Hoc em̄ in tuo diſplicet nob' iperio. Ꝙ audiēs ille mitis atqꝫ pl'us a ſuis ſimilib⁹ noīatus manſuetudinis quidē exhibuit vultū ⁊ impietatis faciē ꝓtinus enudauit: ꝑcipiens amariſſimas eis plagas inferri quos etiā luce priuauit. magis aūt vt eſt verius illius tūc pſens in felicitate liberauit victriceſqꝫ coronas ꝓuidit offerri. fingebat em̄ ſe in eis q̄ſi cauſam defendere. impialis iniurie: ⁊ hec diuulgare iuſſit. inuidēs decertatorib⁹ veritatis in appellatiōe martyrij pariter ⁊ honoris. Noīa fuerūt hoꝝ iuuēcius. ⁊ maximinus. q̄s antiochena ciuitas tanq̄ pietatis ꝓpugnatores venerabat̃. ac p̄cioſo monumēto recōdidit. ⁊ vſqꝫ ad diē hāc feſtis annalibus honorat. Sꝫ ⁊ plurimi nobiliū. ⁊ dignitate fulgentiū. vtentes tali fiducia coronis equalibus ſunt adepti.

## Capitulum. xxxv.

Ualentinian⁹ etiā qui poſt paululū ſumpſit impiū. tūc millenari⁹ erat circa palacia ꝯſtitut⁹ dux Langiarioꝝ. Is zelū quē ꝓ pietate habuit non zelauit. Eo namqꝫ tpe cū fulminādus ille fortune templū ingrederet̃ in choro. ⁊ ex vtraqꝫ parte ianuarū aſtarēt miniſtri tēpli. q̄ aſpſiōe ſicut ipi dicebāt purgarēt ingrediētes. valentinian⁹ p̄cedens principē aſperſionis guttura ſua vidit in clamide. ⁊ indignat⁹ pugno ꝑcuſſit templi miniſtrū. dicēs ſe maculatū potius q̄ purgatum. Qḋ reſpiciēs impator iuſſit eū in cuſtodiā cū redigi ⁊ ad heremū deſtinari. Sꝫ ille cū admodū pauci trāſiſſent dies ⁊ menſes ꝓ mercede ꝯfeſſiōis recepit impium. Nō ſolū em̄ ī illa vita diligētes ſe de⁹ honorat. ſed etiam aliq̄n īpſenti honoꝝ operū retributiones impēdit. ⁊ preſentib⁹ primis illic ſperata confirmat.

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xxxvi.

Rthemiū vo qui tēporib⁹ Conſtantij dux fuit. Egypti qm̄ illi⁹ tpe ydola mlta ꝯfregerat. nō ſolū facultate nudū reddidit ſed etiā capitis ſectiōe mulctauit. Hec ⁊ hmōi geſſit ille māſuetus. ⁊ ab iracūdia remot⁹. ſicut ab impijs vocabat̃. Adijciā ſi ꝓ hec etiā miraculū femine q̄ zelo diuino hui⁹ ꝯtepſit impietatē. Publia q̄daꝫ fuit illo tpe noīatiſſima ⁊ p̄cioſis v̄tutib⁹ exornata. Hec cū nuptiale iugū ad tēpus paululū

ſuſcepiſſet fructū digniſſimū obtulit creatori. Johannes eñi antiochia pſbyter multo tēpore ɔſtitutus et ſepe apoſtolici pſulatus decreta refugiens de terra illius femine mirabilis germinauit. Hec habēs apud ſe chorū conuerſationē digna virginitate ſeruantiū. ſemper cū eis laudabat factorē ſaluatorēq; deū. Tranſeunte vo impatore clarius in cōmune pſallebant. cōtemptibilē ꝛ deridendū iudicātes erroneū illaq; maxima cantica reſonantes. que ydolorū videnť pompare debilitatē dicebantq; cū Dauid. Simulacra gentium argentū ꝛ aurum opera manuū hominū. Et iterū. Similes illis fiant q̄ faciunt ea. ꝛ omnes qui cōfidunt in eis Hec audiens iulian⁹ ꝛ vehemēter acceſus eas cū tranſiret tacere p̄cepit. Que eius legē paruipendētes chorum maiori ordine cōpleuerunt. rurſuſq; illo trāſeunte pſallebāt. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius. Tūc ſeuiens magiſtrā chori iuſſit adduci. Quā cum videret ſenectute maceratā. nec corporis caniciē miſerat⁹ eſt: nec animi ſtuduit honorare virtutē. Sed quibuſdā ſpatariorū iuſſit vt eam alapis cederēt. Que veluti ſummū honorē cōtumelias illas excipiens domi reuerſa eſt. eumq; conſuete melodijs ſpūalibus denotabat ſicut cōſcriptor illius cantici malignū ſpiritū ſugauerat a ſaul Nā ꝛ iulian⁹ erroneos demones ſibimet applicans contra donū pietatis inſaniebat.

¶ Sozomenus.

## Capitulum. xxxvij.

Ontriſtabat igiť eum nō mediocriť appollinaris ſirus omī ſcietia nimis inſtructus ſimulq; baſilius et gregorius cappadoces illius temporis rethores chriſtiani. alijq; plurimi eloquentes viri quorum alij q̄dem zelati ſunt verā gloriā. alij arriane hereſis habuere veſaniam. Quāobrem arbitrat⁹ hinc armari chriſtianos prohibuit eis grecorū doctrinis imbui: ꝛ eorū lectionibus erudiri. Tūc appollinaris cū eſſet doct⁹ ſimul ꝛ ingenioſus pro homeri poemate verſibus heroicis hebraicā conſcripſit antiquitatē vſq; ad imperiū ſaul ꝛ. xxiiij. libris opus omne diuiſit vnicuiq; libro nomen littere ponens ſcōm homericā lectionē. Fecit autem ꝛ aliud opus ſcōm menandri fabulas. comedie ſimilitudine cōparatas. Imitatus etiā euripidis tragedias ꝛ lirā pindari. ꝛ abſolute dicendū ex diuinis ſcripturis argumēta ſumēs omēs encicliās lectiōes tempore paruo compoſuit numero virtute moribꝫ conſcriptione caractere ꝛ diſpoſitiōe grecorū valde pares. Et niſi quia vetuſtatē homiēs honorabant. ꝛ que ſunt in vſu grata. credebāt. nam vt ego reor equa veteribꝫ appollinaris opuſcula decreuiſſent. Fecit etiā non ignorabilē ad ipſū imperatorē ſiue cōtra paganos philoſophos librū. cui titulū poſuit pro veritate in quo de ſacris teſtimonijs tacēs probauit illos quidem eſſe deceptos. ſe autē ſapere de deo. Hec autē ɔſiderans impator claris tūc epiſcopis ſcripſit legi ꝛ cōprehendi. Cui reſcripſerunt Et ſi legiſti ſed nō agnouiſti. Si eñi cognouiſſes nequaq; rephendiſſes. Quidā dicunt hanc epiſtolā pſulis eccleſie capadocie fuiſſe baſilij. quod incredibile nō eſt. Siue autem eius ſiue alterius. iuſtum eſt virtutis laudāre doctrinam.

¶ Socrates.

## Capitulum. xxxviij.

Lurimi ſunt quidē non recta mentē chriſtianū habētes nomē quippe pecunias ꝛ honorē preſentē felicitati vere fidei pponētes ad ſacrificiorū ſcelera deſcenderūt. Quorū vnus fuit ſophiſta cōſtantinopolitanus echibos. Is eñi mores imperatorū ſequēs. ſub conſtantio quidē feruētiſſimū ſe finxerat chriſtianum. ſub iuliano vo paganus celeriter eſt effect⁹. ꝛ rurſus poſt iulianū volebat eſſe xp̄ianus. Proſternēs eteni ſemetipm ante ianuas eccleſie pronū magna voce clamabat. Cōculcate me ſal inſenſatum.

## Capitulum. xxxix.

Bitur cū iulianus iret ad perſas volens in eis vlciſci. eo q̄ ſub cōſtantio romanorū terminos inuaſiſſent. ꝛ ſciens quoniā in plijs eueniūt frequenť aduerſa: et quia plurimis pecunijs indigeret adinuenit modū vt auferret pecunias xp̄ianorū. Nolentibꝫ ergo ſacrificare pecuniā multam impoſuit: exigebāturq; vere xp̄iani. Singuli nanq; eorū ſcōm ſuam ſubſtantiā offerebāt ꝛ impator ex iniuſta collectione. iniuſte fact⁹ ydoneus eſt. Ubi eñi nō erat dirigebat legē: vbi erat vtebatur ipē. Tūc ergo pagani chriſtianos grauiter oppreſſerūt: interdū etiā tormentis corpalibus affligebant eos. Qđ imperator audiens. chriſtianis q̄ppe adeūtibꝫ eos defendere cōtemnebat dicens. Ueſtrum eſt vt patientes mala ſuſtineatis: hoc enim eſt preceptū veſtri dei.

¶ Sozomenus.

## Capitulum.xl.

Gitur impator pugnaturus contra perſas venit in antiochiā. Cūq; populus q̄reretur quia venalia quidē habūdarent: ſed carius venderent̄. volēs magnitudinē ſue largitatis oſtendere minora q̄ debuit p̄cia in foro rerū venaliū deputauit. Et cū fugiſſent tabernarij. negociatoreſq; diuerſi: res neceſſarie defecerūt. Antiocheni vero grauiter hoc ferentes: contumelias fecerūt imperatori.

¶ Socrates.

Uerebant̄ em̄ aduerſus euz vaccas de eius barba proferētes. Erat em̄ ei⁹ barba valde prolixa. Dicebant ergo. Tondat̄ vt ad funes eius barba proficiat. Et quoniā ſuperſtitionis ſue cauſa. tauruz ydolis frequētius immolabat: arā ꝛ taurum in ſuo ſolio formari p̄cepit. Ob q̄ rem lacerantes cum dicebant. Iſte taurus euertit mundū. hijs iniurijs prouocat⁹ ad iracundiaz intermiatus eſt ſe antiocheam affligere ciuitatē. Quāobrem ad tarſum cilicie reuerti volens iuſſit neceſſaria p̄parari. Ex qua intentione cū ſophiſta libanius reuocauit. ſcribens pro antiochenis interceſſiōis librū ꝛ rurſum ad antiochenos de p̄ncipis iracūdia quos tamē libros nō edidit. Uerū impator reſpuens. ſe operib⁹ vindicare reciprocis iniurijs. irā ſue indignatiōis amouit. librū em̄ aduerſus antiochenos fecit limpidū ꝛ ſatis vrbanū quē antiochiū nominauit. Uerū contra chriſtianos multa mala etiā in ea ciuitate cōmiſit.

¶ Sozomenus.

## Capitulum.xlj.

Llud quoq; q̄d ſub iuliano p̄uenit narrare nō ſileo. Fuit em̄ ſignū quidem virtutis xp̄i ꝛ indiciū cōtra p̄ncipē iracundie dei. Cum em̄ agnouiſſet in ceſare a philippi ciuitate phenicie quā paneam vocabāt. inſigne chriſti eſſe ſimulachruz: q̄d ſanguinis cōſtituerat liberata pro fluuio. eo depoſito ſuam ibi ſtatuā collocauit. que violēto igne de celo deſcen[illegible]: circa eius pectus diuiſa eſt: ꝛ caput cum [illegible]eruice vna parte deiectum atq; in terra fixum. Reliqua vero pars hactenus reſtitit. ꝛ fulminis indiciū reſeruauit. Statuam ꝓ chriſti tunc quidez pagani trahentes cōfregerūt. poſtea vero chriſtiani colligentes in eccleſia recondiderūt. quo hactenus reſeruatur.

## Capitulum.xlij.

Oc itaq; ſimulachrū ſicuti refert euſebius omniū paſſionuz ꝛ egritudinū noſcit̄ eſſe medicamentuz. Iuxta q̄d quedā herba germinauit: cui⁹ ſpeciez nullus noſtre terre medicus licet exptus agnouit. Miraz q̄ quia adueniente deo nullū miraculū nulliūq; beneficiuz putari debet incredulū. Nam ꝛ alia plurima miracula p̄ ciuitates ꝛ vicos plerūq; apud multos prouinciales antiquitus tradita ſunt. habentia virtutē q̄d repente monſtrabo. Eſt itaq; ciuitas paleſtine nicopolis nomīe. hanc dum vicus adhuc eſſet emaus ſacer euangelio ꝑ. liber appellat. Quā romani poſt vaſtationem hieroſolymorū. iudeamq; victoriā nicopolim ex euentu victorie vocauerūt. Ante hanc vrbem triuio vbi chriſtus cū cleopha poſt reſurrectionē noſcitur ambulaſſet tanq̄ ad alium vicū. mirus fons quidā eſt ſalutaris in quo paſſiones hominū diluunt̄. ꝛ alia pariter animalia diuerſis detēta languorib⁹ emūdant̄. Quod vt ita cōtingat. tradit̄ ex quodā itinere apparuiſſe chriſtū ad fontez cum diſcipulis ſuis et lauiſſe pedes. ex quo eſt aqua facta diuerſarū medicabilis paſſionū. fertur etiam q̄d in hermopoli thebaide arbor que vocat̄ perſicus multorū languori ſubierit. ſi fructus aut folium aut pars eius corticis collo egrotantiuz ligaret̄. de hac em̄ arbore fertur quoniā dum apud egyptū ioſeph cum chriſto ꝛ maria ſancta fugiſſet herodem. veniſſetq; ad hermopolim ciuitatē. Mox vt ingrediebat̄ vrbem nō ferēs hec arbor maximū chriſti ſalutaris aduentū. inclinata eſt vſq; ad terrā. et eū ſuppliciter adorauit. Hec ergo de iſta arbore a multis audiens enarraui Reor autē hoc ſignum fuiſſe ciuibus factum diuine p̄ſentie. aut certe quoniā ritu pagano. hec arbor propter magnitudinē atq; pulchritudinē colebatur mota eſt non ferens chriſti diuinitatē. Demonibus quippe cōtremiſcentibus: cū viderent rerum taliū deſtructorem. necnon ꝛ omnib⁹ ſimulachris egyptiorum ſcd̄m Eſaie prophetam. Fugatoq; demonio pro teſtimōio chriſti arborem vacuam remanſiſſe. Igitur apud egyptios. ꝛ paleſtinos geſtorū teſtimonia cōſeruantur.

¶ Theodoricus.

## Capitulum.xliij.

Hic iulianus etiã iudeos cõtra chri-
ſtianos armauit. primũq; cõuocans
requiſiuit cur eis precipiente lege. ſa
crificare. nequaq; immolatioib9 vterent̃. Cũ
q; reſpondiſſent. vna tantũmodo loco ſibi of
ferendi ſacrificiũ fuiſſe permiſſum. repẽte iuſ
ſit deo odibilis deſtructũ reſuſcitari templũ.
credens infelix dominicũ verbũ ſe poſſe de-
ſtruere. cui9 per hoc veritatẽ magis oſtendit.
Hec itaq; verba iudei libẽter accipiẽtes cun
ctis ꝑ diuerſum orbẽ terrarũ mandauere iu-
deis. Qui vndiq; concurrentes pecunias ad
edificium alacriter offerebãt. Miniſtrauitq;
plurimũ etiã impator nõ largitatis gratia: ſed
veritati repugnãs. Miſit pariter preſidẽ im-
piorũ executorẽ digniſſimũ preceptorũ. Aiũt
eñ quoniã ad repurgiũ faciendũ argenteas
amas. ⁊ cophinos. ⁊ ſcaphas habuerũt. Cũ-
q; fodere iam cepiſſent. ſtatuto quidẽ die hoc
multitudo plurima faciebat nocte vo ſponta
nea terra de valle creſcebat. Solutis itaq; pri
oris etiam fundamẽti reliquiis. noua omnia
ꝑparabant. Cumq; gypſi ⁊ calcis multa mo
diorũ milia cõgregaſſent. vis magna ventorũ
repẽte reſpirãs tẽpeſtateſq; atq; procelle ſub
ito facte quicqd congregatũ fuerat diſperſe-
rũt. Adhuc autez veſanientib9 eis ⁊ nequaq;
diuina lõganimitate correptis. maximus pri
mo terremotus eſt fact9 ⁊ quiſquis nõ fuerat
myſteriis diuinis imbut9 vehementer attrit9
eſt. Cum vo neq; hoc terrerent̃ inditio. ignis
ex fundamẽtis q ſuffodiebant̃ egrediẽs pluri
mos effodientiũ cõcremauit. aliorũ membra
diſſoluit. Nocte quoq; plurimis in vicina por
ticu dormientib9 cadens ſubito cũ tecto ipſa
porticus dormiẽtes oppreſſit. Alia vo die i ce
lo ſignũ ſplendẽs crucis apparuit: ſed etiã iu-
deorũ veſtes crucis ſignaculo ſunt replete nõ
tamẽ ſplendẽti. ſed nigro colore ſignate. Hec
itaq; rebelles dei ꝯſiderantes. ⁊ diuina flagel
la cõtremiſcentes. ad propria ſunt reuerſi. cõ
fitentes eſſe deũ qui ab eorũ progenitorib9 li
gno probatur appenſus. Quod audiẽs iulia
nus. dũ vtiq; caueret ab omnib9. tanq; pha-
rao indurato corde non timuit.

## Capitulum. xliiij.

Situr dum per ſe mortuũ cognouiſ
ſent eſſe conſtantiũ. capta fiducia ve
nerũt ad terminos romanorũ denun
ciantes bellũ. Ob quã rem collecto exercitu iu
lianus miſit in delphis ⁊ delum. atq; dodo-
nã ad percipienda reſpõſa. ſi expediret ei bel-
la ſuſcipere. Tũc vniuerſi vates et pugnandi
fiduciã dabant. ⁊ victoriã promittebãt. Vnũ
vero reſponſuz pro exemplo mẽdacii ac ſedu
ctionis inſerere nõ pigebit. Eſt eñ huiuſmo
di. Nunc omẽs aggredimur dei victorie tro
phea referentes circa fluuiũ thyrem. Horuz
dux ego ero belli gerator mars. Horuz itaq;
carminũ ridiculũ eos cõuenit diuulgare. qui
rationalẽ dominũ muſarũq; principẽ pithiũ
eſſe vocant. Ego aũt mendatiũ ſeductiõis ei9
inueniẽs ingemiſco. Thyrẽ namq; fluuiũ ti-
grem noluit appellare quoniã tyris ei9 nomi-
ni ſimilis eſt. Is eñ fluuius ex armenie redũ
dans montib9. ⁊ per aſſyriorũ arua diſcurrẽs.
ſinũ deſcendit in perſicũ. Per hec ergo reſpõ
ſa deceptus infelix. ⁊ victoriã mente ſomnia-
bat̃ ⁊ poſt pthycũ preliũ pugnã galyleis infer
re preparabat. Sic eñ vocabat chriſtianos
cõtumeliã noĩs ſe eis inferre putans. cũ ma-
gis debuiſſet eorũ cõſiderare virtutẽ. Nõ eñ
ſocrates licet oritias fuerit appellatus ⁊ pita
goras phalaris. ex imitatione nomis quali-
bet peſte ſunt pticipati. Neq; eñ nereus ther
ſitis vocatus. naturalẽ pulchritudinẽ quã ge
rebat amiſit. horũ nihil mente pcipiẽs ex hac
appellatione aliqd monſtri ſe putauit inferre.
fallaci reſponſo credẽs interminabat̃ per ec-
cleſias demonũ ſe ſtatuere ſimulachra. Poſt
has ergo minas. ab vno viro in beroa debel
latus eſt. Is eñ nobilis erat. eiuſq; ciuitatis
curie pſidebat. quẽ zelus xpi reddidit clario-
rem. Videns namq; filiũ in impietate q tunc
vigebat fuiſſe demerſum. expulit ſua domo. ⁊
corã oĩbus abdicauit. Qui in vicine ciuitatis
itinere aggreſſus imperatorẽ ſuã voluntatez
⁊ abdicationẽ patris innotuit. At ille quieſce
re iuuenẽ imperauit placandũ promittẽs pa
trẽ. Cumq; veniſſet in beroam nobiles et ho
noratos cõuocauit ad prandiũ. inter quos erat
⁊ pater huius quẽ cũ filio in ſuo prãdere iuſ-
ſit accubitu. Tũc circa medias epulas dixit
ad patrẽ. Nõ mihi videt̃ iuſtũ vim facere vo
luntati ad aliud declinandi. et animũ ad alia
mutare q nõ vult. Noli itaq; eſſe filio violen
tus ſequi tua dogmata reſpuẽti. neq; eñ ego
tibi vim facio mea ſeq licet cogere valde poſ-
ſim. Ille cauſam diuine religionis mẽte pci-
piens. de iſto inqt o impator erroneo dicis. ⁊
deo odibili ⁊ veritati ꝑponente mendacium
Tum ille rurſus mãſuetudinis induẽs vul
tum ceſſa inqt detrahere. Et declinans ab eo
vultũ adoleſcẽti dixit. Ego tui curam habeo
qm̃ patri tuo vt hoc faciat ſuadere nõ poſſuz.

Hec itaqꝫ nō fruſtra retuli. ſed volēs oſtēde-
re nō ſoluꝫ illi⁹ mirabilis viri fiduciā. ſed qm̄
cōtempta iuliani a plurimis ſit ptās. In an-
tiochia nanqꝫ vir q̄dam optimus nā pedago
gus adoleſcentium habitabat. eratqꝫ illic fa
moſiſſim⁹ ſophiſta libanius impi⁹. expectās
iuliani victoriā habēs pre oculis ei⁹ minas.
Ergo interrogauit pedagogū. quaſi noſtraꝫ
deridēdo religionē. Nūc inq̄t fabri filius q̄d
putas agit. At ille q̄ʒ poſt paululū cōtigit cō
plet⁹ gratia diuina ꝑdixit. Reſpōdit ei. O ſo
phiſta creator oīm quē tu fabri filiuꝫ noiaſti
locellū ſepulture iuliano cōponit. Poſt pau-
cos em̄ dies. mors illius nūciat̄ erronei. et in
locello poſitus eſt. aduect⁹ minarūqꝫ timore
vacuatus eſt.

## Capitulum .xlv.

O ſiquidē tēpore religioſiſſimus iu-
lianus cognomēto ſaba q̄ angelorū
incorporaliū vitā corpali. quadā cō-
uerſatiōe videbat̄ imitari. cui⁹ etiā vitā ꝯſcri
pſimus ꝓlixiores offerebat deo ꝑces. Cū illi
us impij minas audiſſet ea hora q̄ ille ꝑcuſ-
ſus eſt orās mortē ei⁹ iſte cognouit. licet plus
q̄ȝ viginti mutuatiōes ab eo loco vſqꝫ ad ei⁹
exercitū eſſe viderent̄. Aiunt em̄ q² dū conti-
nue ingemiſceret ꝛ clementi dn̄o ſupplicaret.
ſubito lachrimaꝝ eius fluui⁹ reſtitiſſet fuiſſet
qꝫ alacritate cōplet⁹. ꝛ eius vult⁹ exhilaratus
Hāc animi ꝑturbatiōnē ei⁹ miniſtri reſpiciē
tes. rogauerūt vt ei⁹ cauſam repētini gaudij
patefaceret. Tūc ille dixit. Ferus ſacre vinee
deuaſtator penas exact⁹ eſt vaſtatiōis ſue ia-
cetqꝫ mortu⁹ terroribꝫ nimiſqꝫ fruſtrat⁹. hec
agnoſcētes exultauerunt oēs. deoqꝫ hymnos
gratificos obtulerūt. Poſtea vero a nuncijs
eſt cōpertū eandē fuiſſe diē. ſimul ꝛ horā ne-
cis iuliani quā ille ſacratiſſim⁹ ſenior cogno
uit atqꝫ predixit.

## Capitulum .xlvi.

Lū itaqꝫ ſemꝑ incōſulte geſiſſe mor
tis demōſtrauit euētus. Tranſiens
em̄ cū exercitu fluuiū q̄ perſaꝝ roma
noꝝ regna diuidit. repēte naues incēdit. non
ſuadēs rebus aut ꝟbis: ſed cogens milites ꝑ
liari. Porro duces alacritate cōpleti. aīabāt
milites. et eos ſpe varia cōfortabāt. quā impe
rator abſciderat cū eoꝝ reuerſionē incenſis
nauibꝫ abnegaſſet. Suꝑ hec aūt cū debuiſſet
cibos militibꝫ cōgregare. neqꝫ de ꝓprijs fini-
bus ꝑcepit auferri. neqꝫ de inimicoꝝ habun
dātia iuſſit aliq̄d deꝑdari. Relinquēs q̄ habi
tabilē viā ꝑgebat ꝑ ſolitudinis loca. vbi ꝛ ci-
bo ꝛ potu milites defraudati. ꝛ duces itinerꝭ
nō habētes: ſed errātes in deſerta prouīcia ſa
pientiſſimi principis agnouere conſilia.

¶ Socrates.

Ultos itaqꝫ vicos caſtraqꝫ detinens iā
etiā ciuitates capiebat̄. Cumqꝫ veniſſet
ad tyſiphontē ciuitatē in tantū obſedit regeꝫ
vt crebris legationibꝫ vteret̄. offerēs dare ſue
patrie partē. ſi ſolutus bello diſcederet. Q̄ʒ il
le noluit. neqꝫ ſupplicantibꝫ eſt miſertus: neqꝫ
mente. ꝑcepit q² vincere quideꝫ bonū eſt. ſuꝑ
vincere nimis inuidioſuꝫ credēs ꝑcipue ma
gicis artibꝫ quas ei maxim⁹ ꝓhus exhibebat
et arbitrat⁹ alexandri macedonis ſe gloriā ꝑ
cepturū. aut certe potiorē. Putabat em̄ ſcd̄m
pitagore platoniſqꝫ ſententiā ex mutatiōe cor
porū alexandri animā poſſidere. aut eſſe poti
us in altero corpe alius alexāder. Ob hāc ita
qꝫ cām ꝑſarū regis ꝑces nolebat admittere.

¶ Socrates.

Uum q̄ in deſerti loco ꝑmo captiuoꝝ
habuiſſet ducatū. poſtea quideꝫ ſenior
ſub ſcemate proditoris ſe ei cōpendioſuꝫ ſpō
det iter oſtendere. Cūqꝫ tribꝫ diebꝫ ambulan
tes ad maiorē ſolitudinē veniſſent illū quidē
fuſtibꝫ occiderūt. cōfitentē hoc ſe feciſſe ꝓ pa
trie libertate: ꝛ libent̄ tormenta oīa ſuſtinere.
Exercitus interea perſaruꝫ ꝛ itinere fatigato
ꝛ fame exercitui romanoꝝ armat⁹ occurrit
ſeqꝫ ad cōgreſſionē prelij preparauit.

¶ Socrates.

Uerebant̄ em̄ de principe romani cur
noluerūt bellū cū lucri promiſſiōe fini-
re. Uerūtn̄ perſis inſtantibꝫ reſiſtebāt ita vt
frequent̄ verterent̄ hoſtes in fugā. Porro iu
lian⁹ erat ꝓſens in equo ꝛ exercitum cōforta
bat inermis q̄deꝫ ſpe felicitatꝭ ſue ꝓſumens.

¶ Theodoricus.

## Capitulum .xlvii.

Ontra quē iaculū repente delatū. di-
ſcurrens ꝑ brachiū in eius latus im
merſuꝫ eſt ex hoc vulnere ſuſcepit ter
minū vite. qui ꝟo iuſtiſſimū vuln⁹ intulit. ha
ctenus ignorat̄. Sed alij quendā inuiſibileꝫ
hoc intuliſſe ferūt. alij ꝟo vnū paſtorū iſma-
helitarū. alij militē fame ꝛ itinere fatigatum.
Sed ſiue hō ſiue angelus fuerit palā eſt: q̄a
diuinis iuſſionibꝫ miniſtrauit. Aiunt em̄ q̄a
dum fuiſſet vulnerat⁹ mox manū ſuā ſangui
ne ſuo cōpleuerit. ꝛ in aerē proiecerit dicens.

galylee viciſti ⁊ in eo ipſo cõfeſſus cũ blaſphemia chriſti victoriam expirauit.

¶ Socrates.

Aliſtus aũt qui inter familiares imperatoris tũc militabat. ⁊ heroico verſu eius cõſcripſit hyſtoriam ait eũ a demone vulneratũ fuiſſe defunctũ. Julianus ergo quarto cõſulatu ſuo quẽ ediderat cũ ſaluſtio. vj. die iunij menſis in perſica regione defunctus eſt anno tercio imperij ſui. ſeptimo pro ex quo ceſar a conſtantio fuerat ordinatus. vite anno. xxj.

## Capitulum. xlviij.

Oſt cuius mortẽ. eius magie cõperte ſunt. Carra nãq ciuitas eſt hactenus impietatis reliquias habẽs. Per hanc tũc agens quoniã per eccleſiã proprie religionis cultu tranſire noluerat. in tẽplum qđ a paganis colitur eſt ingreſſus. Ubi dũ quedam cũ ſuis conſortibus. ſacrilegia celebraſſet. ianuas ⁊ clauſtra diſpoſuit: ⁊ quoſdã ibi milites obſeruare precepit vt interius nullus accederet. donec ipſe remearet. Cũq mortuus fuiſſet. ⁊ impio piũ ſucceſſiſſet imperiũ ingredientes in templũ inuenerunt mira principis ſimulachra eiuſq ſapientiã famoſiſſimã impietatẽ. Uiderũt enĩ mulierẽ a capillis appenſam extenſas habentẽ manus. cuius vterum aperuerat. vt perſarũ victoriã in iecore eius inſpiceret. hoc ergo ſcelus in carris inuentũ eſt. Uerum in antiochia plurimas arcas in palatio huius inanibus aiunt capitibus plenas fuiſſe compertas. ⁊ innũera in puteis demerſa corpora mortuorũ. In qua vrbe dum eius nũciatus fuiſſet interitus. publicã cuncti habuere feſtiuitatẽ: non ſolũ in eccleſijs ⁊ ſepulturis martyrũ exultabant. ſed etiam in theatris victoriã predicabant cũ ſacerdotibus exultantes Ego autẽ etiam clamorẽ fauoris eorũ ponere neceſſariũ iudicaui: vt etiã apud poſteros hec memoria reſeruet. Cõmuniter enĩ clamabant omẽs. Maxime fatue vbi ſunt tua vaticinia. Uicit deus ⁊ chriſtus eius. hic ergo libri terminus eſt habendus ne pio imperio impietatis potentia copuletur.

¶ Explicit liber Sextus eccleſiaſtice tripartite hyſtorie.

# ¶ Incipit liber ſeptimus.

## Capitulum Primum.

Ilites igitur in maxima eſtuatiõe veniẽtes. omiſſa omĩ dilatiõe altera die iouiniano inſulas imperatoris imponũt. Erat enim vir fortis ⁊ nobilis. ⁊ illo tẽpore millenarius quẽ iulianus electione militibus lege propoſuit vt aut ſacrificarẽt aut militiã cederẽt. Qui cingulum magis elegit amittere. q̃ imperatoris preceptionibus impijs obedire. Hũc ergo tũc iulianus propter belli neceſſitatẽ inter viros militares habebat. Qui cũ violenter a militibus ad imperiũ traheret. clamabat dicẽs ſe nõ velle paganis hominibus imperare cũ ipſe xpianus exiſteret. Cũq vox oĩm cõmuniter proclamaſſent dicentiũ ſe quoq eſſe xpianos ſuſcepit impium.

¶ Theodoricus.

Ogitabat itaq iouinianus de cõmuni ſalute. ⁊ quõ poſſet de medio hoſtiũ illeſum exercitũ liberare. nec indiguit grãdi cõſilio ſed ſemibus pietatis vtilimũ videmiauit fructũ. Repẽte nanq ſuã prouidentiã deus oſtẽdit. ⁊ fluctuationẽ eius ad portũ tranquillitatis adduxit. Dũ enĩ huius anguſtiã perſarum rex agnouiſſet. miſſa legatiõe petiuit pacẽ. deinde cibaria militibus deſtinauit: ⁊ forũ venaliũ eis preparari in deſerto precepit. celebratiſq federibus. exercitum reduxit incolumen.

¶ Socrates.

Ue pacta quantũ ad gloriam romanorũ turpia ſed tẽpori congruebãt. Amiſſa nãq ſyria ⁊ tradita perſis niſibi meſopotamie ciuitate diſceſſit. Hec itaq nũcia xpianos cõfortauerũt. paganis intulerũt luctum. Porro milites incautũ iuliani feruorem valde culpabãt. cauſamq dãni finiũ romanorum ei potius inferebãt quam a perſarum quaſi proditore ſeductus. naueſq per fluuiũ frumenta deueherent incendit ⁊ famẽ militibus erogauit.

## Capitulum. ij.

Unc itaq ſophiſta libanius lamẽtationis librũ iuliano conſcripſit. quẽ iulianũ noĩauit. faſcinatũ quippe laudibus illius. In quo etiã meminit librorum quos cõtra xpianos ediderat iulianus. Et ſi quidẽ laudes impe

toris ſophiſta dixiſſet.ego quieſcerez veſtigia ſeqns. Sz qm̄ tanꝗ callidus rethor memoria iuliani librorū chriſtianā videret lacerare religionē.propterea cōtra eum poſitis primū ꝟbis ipſius pauca dicēda ſunt. Hyemis inqt noctes amplīꝰ impator extendens incūbendo libris paleſtinenſibꝫ omnē deuz deiqꝫ filiū referentibꝫ ꝑliabat obnoxius.et redarguendo ꝓualuit.vt riſuz et qntam inanitatē oſtēderet eorū q colunt a talibꝫ.in quibꝫ laboribꝫ ſene tyrio ſapiētior inuentꝰ eſt. Propitꝰ autē ſit iſte tyriꝰ ⁊ placide ꝟba mea ſuſcipiat tanꝗ a filio victus eſt. Hec quidē ſophiſte libanij ſunt. Verū ego ſophiſtā eū optimū fuiſſe noui ſi nō eius religiōis cuiꝰ impator fuiſſet oīa q de iuliano xpiani etiā iſte tūc diceret et forſitan quaſi rethor argueret. Nam ⁊ viuo cōſtantio laudes ⁊ eo defuncto iniurias plenas criminibꝫ eius effudit et ſi ſenex porphirius fuiſſet impator.libros eiꝰ iuliani ꝑpoſuiſſet opibꝫ. Sed ⁊ iulianꝰ ſi ſophiſta fuiſſz dixiſſet forſitan etiā ipm malū ſicut ethiuolū. Quia ꝗ ille tanꝗ eius ſecte ⁊ tanꝗ ſophiſte ⁊ amicus impatorꝫ. q ei ſunt vilia dixit ei. nos vt poſſumꝰ obuiemꝰ. Primū itaqꝫ dixi.qa libris incūberet hiemis noctes extendēs. Incūbere nāqꝫ ſignificat qa intentionē habuit. vt vituperationē cōſcriberet ſic cōſuetudo ſophiſtis eſt. Nā olim hos libros ſcierat.ſz tūc incūbebat ⁊ maximo ꝑlio cōtendebat. Vnde palā eſt qꝛ nō ſicuti eſt libaniꝰ putat redarguēdo ꝓualuerat. ſed infirmitate ſue veritatꝫ eſtuabat ea q bene illic caute q ſunt poſita tanꝗ detractor lacerare laborabat. oīs em̄ q reſiſtit alicui.nūc ꝓtendo:nūc celādo veritatē mētit aduerſus eū cōtra quē litigat.⁊ q infenſus alicui eſt.oīa ſic hoſtis non ſolū agit:ſed etiā loqͥ cōtendit. Quia ꝓo iulianꝰ atqꝫ porphirius quē tyriū ſenē vocat.detractores ambo fuerūt ſuis ſermonibꝫ arguunt. Nā porphiriꝰ ſummi phoꝝ ſocratis vitā dilacerauit in hyſtoria phīe quā ipe conſcripſit.⁊ talia de eo retulit.qlia ſolent de interrogatiōibꝫ occupari. Et hec de illo ſocrate.q apud grecos mirabilis caſtitate iuſticia. alijſqꝫ ꝟtutibꝫ habebat. quē plato mirabilꝰ eoꝝ phs ex vno fonte alter phoꝝ thyaſus.nō ſolū tanꝗ deo amabilē honorant:ſed etiā vira hominē ſapuiſſe pronunciāt. Porro iulianꝰ zelatus ꝑtē paſſionis propriā in ceſaribꝫ enudauit ⁊ oīm ante ſe regnātiū vitas carpens. Neqꝫ phō marco pepcit. Igit ambo detractores fuerūt. Nō opus habeo plurimis vti ſermōibꝫ. Ego aūt ex vtrorūqꝫ verbis mores eorū cōijciens hec e dixi. Quid autē de iuliano gregoriꝰ nazanzenꝰ retulit audiamꝰ. Ait em̄ in ſcd̄o libro cōtra paganos hec verba poſt alia. Hec equidē de iuliano alij ipa expimēta tradiderūt.et aſſumpta ptās imperij. Mihi aūt olim eius mores cōpti ſunt.dū hūc viruz ī athenis clariꝰ agnouiſſem. Venerat em̄ illuc duz frater impatori videret inimicꝰ.fuitqꝫ adeuntus eiꝰ ratio duplex.vna quidez qſi decentior qua dicebat ſe veniſſe vt videret helladea atqꝫ doceret.altera ꝓo ſecretior.⁊ nō nota plurimis vt immolatores demonū ⁊ viros fallaces inqreret.qꝛ nondū habebat impietatis ſue licentiā. Tūc em̄ non fruſtra cōſideraui virū nō em̄ fortuite iſta cōſpexi.ſz faciebat me cautū incōſtātia morū eius.⁊ exceſſu ſupior Vates em̄ egregius eſt.qui bene cōſiderat. Nullū em̄ ſignū in eo mihi vtile videbat.ceruix inflexibilis humeri iactabiles. oculi currētes huc illucqꝫ directi.et furioſe reſpiciētes impatientes ſpirātes iniurias atqꝫ cōtemptu ſcemata riſibilia. et hoc ipm ſemꝑ habentia. riſus incōtinens et quaſi ſubbuliens.cōſenſus ⁊ negatio ſimul ratio nulla ratione cōſiſtens. interrogatio inordinata.atqꝫ reſponſio nulla eſt cōgruentia ſibi cōueniens. Sed qd per vniuerſa diſcurro. Hunc ante opa vidi ⁊ operibꝫ ipſis agnoui. Et ſiquidem mihi eſſent ꝑſentes qui tunc aderant teſtarent. quia cum hec vidiſſem repente dixi. O quale malū nutriuit res publica romanoꝝ. Et cū hec ꝓdixiſſem.optaui me inueniri mendacē debere. Melius em̄ fuerat hoc ꝗ vt tantis terra ſceleribꝫ impleret. Nūꝗ arbitror talia fuiſſe prodigia cū multa diluuia multa incendia.multe peſtes.ethiatus terre prouenerūt.licet homines inhumani ⁊ feroces cōpoſitiſqꝫ diſſimilibꝫ naturis fuiſſe referant. Ob ꝗ rem digno ſua ſuperbia fine cōcluſus eſt. Hec gregorius de iuliano narrauit. quia ꝓo contra chriſtianos multa verba proferentes niſi ſunt vim facere veritati. quedā ex ſacris litteris peruertētes. alia permutantes:oīa tamen ſcd̄m ſuam ſumentes intentionē.multi eis obuiantes iſta patefecerunt deſtruentes ⁊ redarguentes eoruz vana ſophyſmata.⁊ ante omnes origenis licet ante multa fuiſſet tēpora. Julianus em̄ ea q videbant turbare legentes. ſacratiſſimas lectiones obijciens ſibimet ⁊ interpretatꝰ ea. detractorum ſophyſticas adinuentiones excluſit Que ſi ſepius legiſſent. Julianꝰ atqꝫ porphirius ea libenter accipiētes in aliud ſua forte

verba mutaſſent. et nõ ad blaſphemie ſophiſ
mata verterent. Quia enim lacerare ſtuduit
imperator apud idiotas ⁊ ſimplices verba fa
ciens ⁊ non apud eos qui ſcripturarũ diui=
narum obtinent veritatem. ex his palam eſt.
ſumens enĩ ea verba que diſpenſatiõis cau=
ſa humanius poſita ſunt. cũ multa huiuſmo
di collegiſſet exẽpla. hec nouiſſime dicit. Ho
rũ ergo ſingula ſi non aliquã habent ineffabi
lem cõtemplationẽ maxima de deo blaſphe=
mia ſunt plena. Hec ergo iulianus in tercio
libro contra chriſtianos dixit. In libro autẽ
ſuo quem decimo cõſcripſit. docens quomo
do ſacras fabulas decet fingi. dicit oportere ha
rum veritatẽ abſcondi. Sic enim ait. Amat
natura celari. ⁊ abdita deorũ ſubſtantia nõ
patitur nudis verbis in aures introire pollu
tas. Apparet ergo per hec imperatorẽ ſuſpi=
tionẽ habuiſſe diuinis ſcripturis. quomodo
eſſent verba myſtica ineffabilẽ quendã mo=
dũ contemplatiõis habentia. Sed indigna=
tur cur nõ om̃es eandẽ ſententiã habuerint.
et inſiſtit his q̃ inter chriſtianos diuina ſim=
pliciter ſuſcipere videntur eloquia. Non ergo
oportebat eum cõtra ſimplices inſurgere. nec
propter illas cõtra ſacras litteras intumeſce=
re. neq; odio habere ⁊ auerſari que bene ma=
gis intellexerant quoniã non om̃es tunc ita
ſentiebant ſicut ipe voluerat. Similis ergo
porphirius factus eſt. Ille namq; in ceſarea
paleſtine a quibuſdam chriſtianis ceſus ira=
cundiã non ferẽs chriſtianitatẽ deſeruit pro
pter furorẽ ⁊ odio inimicorũ. ſcribendo blaſ
phemias chriſtianitate priuatus eſt. ſicut euz
Euſebius Pamphili redarguit. ⁊ eius verba
deſtruxit. Imꝑator autem apud ydiotas ſu=
perbus inter chriſtianos extitit ea paſſiõe in
blaſphemias Porphirij declinauit. Ambo
ſiquidem ſponte deliquerunt. et ſcientes pec=
cando digniſſima pena mulctati ſunt. Cum
igitur ſophiſta libanius velut irridens dixiſ
ſet hominẽ ex paleſtina deum et dei filium fa
ciunt oblitus ſuorũ videtur eſſe verborũ. Ad
finem namq; eius libri iulianũ deificauit. ſic
inter alia dicens. Primũ namq; nunciũ eius
mortis pene peremerat cur putaretur de deo
mentitus. deinde paululũ deſcendens ait. O
demonũ alumne demonũq; diſcipule ⁊ de=
monũ obſeruator. Qui licet hoc aliter intel=
lexerit veruntamẽ hec eadẽ de Juliano di=
xit que chriſtiani exprobãtes affirmant. Si
ergo eũ laudare cogitabat oportebat euz hoc
nomẽ effugere: nec eũ debitũ demonibus in
dicare ſicut ſermonẽ alium declinauit. Quez
dũ reprehẽderent de ſuis libris abſcidit. Quo
modo enim homo chriſti deificaretur. et quẽ
admodum in aperto homo fuerit inuiſibili=
ter autem deus ⁊ admodum vtraq; ſint vera
chriſtianorũ ratio ſacra nouit. Pagani vero
anteq; credant intelligere nequeũt. Dicit enĩ
ſermo diuinus. Niſi credideritis non intel=
ligitis. Quapropter non erubeſcunt multos
homines deificantes. et vtinam bonis mori
bus inſtitutos. aut iuſtos. aut caſtos. et non
poti9 lubricos. iniquos ⁊ ebrioſos. id eſt Her
cules Dyoniſius ⁊ Aſclepios. ſicuti frequẽ=
ter in ſuis libris iurare non erubeſcit. Quo=
rum maſculos feminaſq; cupides ſi numera
ri voluero longa digreſſio generatur. Sed
ſufficit hec ſcire volentibus Ariſtotelis pal=
lium ⁊ corona Dyoſij. et liber Regum multe
memorie turbaq; poetarũ. qui de talibus ſcri
bentes vere ridiculum ⁊ inanitatem theolo
gie oſtendere paganorũ: quia vero propriuz
paganorũ eſt homines ſumma facilitate dei
ficare monſtremus. Rhodijs quadam cala=
mitate detentis reſponſum datuz eſt. vt phri
gium attin ſacerdotẽ veſanie celebritate pla=
carent. Tale nãq; reſponſum eſt. Attin pla=
care deum magnũ purum. adonem. bone vi=
te. diuitiarum datorem comatũq; Dyoniſiũ.
Hoc itaq; reſponſo. Attin quia more veſano
ſemetipſum occidit eundẽ Adonem Dyoni
ſiumq; nomiauit. Cum Alexander macedo
num rex tranſiſſet in Aſiam. animi fictiones
Alexandro fauentes iſta finxerunt Jouem
deorum conſulẽ. et minervã honoranter ge=
nitam qui corpore mortali supernũ Alexan
drum ſtatuit regem hec in parthia pronũcia
uit demon. Qui dum a potentibus adiurare
tur deificabat eos. Quid enim dicamus duz
etiam Cleomedem Athletam deificauerint
ita dicens vltimus heroum Cleomedis ciui
tatis Athleta quez ſacrificijs honorare quia
mortalis iam non eſt. Propter ergo hoc re=
ſponſum Dyogenis cynicus. et Oenamaus
philoſophus. pytium reprehenderũt appolli=
nem. Cyzycem vero tercium decimuz deum
adrianũ appellauerũt. Sed etiam ipe adria
nus amatũ ſuum antinũ deificauit: et hoc ri
diculum ⁊ inanitatẽ non dicit libanius. hec
ergo a nobis propter eius detractionem. per
digreſſionem dicta ſufficiant.

Theodoricus.

## Capitulum. iij.

Quinianus igiť impatoꝛ moꝝ vt im
perij ſui tras ingreſſus eſt. ꝑmuz hoc
cōſcripſit: vt epi de exilio remearent. ꝛ
eccl'ias reddēdas eſſe ꝓfeſſus eſt q̄ expoſitā
in nicea fidē inuiolabiliter ſeruauerūt. Scri
pſit etiā athanaſio q̄ precipuus erat hoꝛū do
gmatū ꝓpugnatoꝛ petēs vt ei ſcriberet diuio=
rū dogmatū diſciplinā. Qui eloq̄ntioꝛes epi
ſcopos ꝯgregās reſcripſit rogās vt fidē nicee
expoſita cuſtodiret tanq̄ aplicis dogmatibꝫ
ꝯgruentē. cui⁹ ep'le verba ſunt hec. Pijſſimo
atq̄ clemētiſſimo victoꝛi auguſto Jouiniano
athanaſi⁹ ꝛ reliq̄ epi veniētes ex ꝑſona oīum
epoꝝ egyptioꝛuz thebaidis ꝛ libie. Decet deo
amabilē ꝓncipē diſcēdi hr̄e voluntatē deſide
riūq̄ celeſtiuz. ſic em̄ vere ꝛ coꝛ hn̄s in manu
dei ꝛ imperiū cū pace multis annoꝝ curricu
lis gubernabis. Volente igiť a nob' tua diſce
re pietate catholice eccl'ie fidem. gr̄as ob hoc
dn̄o referētes curauim⁹ vt prolatā ab oībus
patribꝫ in nicea tue pietati inſinuarem⁹ fidē.
Hāc em̄ repudiantes q̄dam nob' equidē fre=
quenť inſidiati ſunt. eo q̄ arriane nō cōſenti=
rem⁹ inſanie. Auctoꝛes ꝙ̄o facti ſunt hereſis
ſciſmatuz vniuerſalis eccl'ie. Vera ḡ ꝛ pia in
dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. fides eſt oībꝫ manife
ſta ꝛ ex diuis litterꝭ agnita atq̄ lecta. Jn hāc
em̄ ꝛ iā ſancti martyrio cōſummati ſunt. ꝛ re
q̄eſcentes in dn̄o nūc cōſiſtūt. Māſerat itaq̄
ſemꝑ illeſa fides. niſi calliditas q̄rundā here
ticoꝝ eā violare ꝑſumeret. Arrius em̄ q̄dam
eiuſq̄ ſectatoꝛes eruperūt ꝛ impietatē aduer=
ſus eā introducere tēptauerūt dicētes. ex non
extantibꝫ ꝛ creaturā atq̄ facturā cōuertibilē
q̄ eſſe filiū dei: plurimoſq̄ ꝑ talia ſeduxerunt.
ita vt etiā q̄ aliq̄d eſſe videbanť blaſphemia
hmōi traherenť. Veruz ſancti p̄res nr̄i olim
cōuenientes ſicuti ꝓdiximus in niceno cōci=
lio arrianā quidē ſectam anathematizauerūt
Catholice ꝙ̄o eccleſie fidē ſcriptura teſte pro
feſſi ſunt. eaq̄ ꝓdicatione hereſis extincta eſt
que vbiq̄ videbať accenſa. Hec itaq̄ fides
per omnes eccl'ias legebať atq̄ predicabať.
Sed quoniā arrianā hereſim quidā renoua
re volentes. ipſam fidē a patribꝫ in nicea pro
latam anathematizare preſumpſerūt. Aliqui
vero fingunt ſe eā profiteri: ſed ipam veritatē
negare noſcunť. aliter interpretantes cōſub=
ſtantialitatē ꝛ ſancto ſpiritui blaſphemātes.
cū dicunt eū creaturā eſſe atq̄ facturā per fi
lium celebratā: neceſſario cōſiderantes religi
onē que huiuſmodi cauſa cōtra populū gene
rat offerre tue pietati confeſſionē niceni con
cilij. curauimus vt pia religio tua cognoſcat
cū quanta ſcrupuloſitate cōſcripta eſt: ꝛ quā=
tum errent qui extra eam volūt aliquid edo=
cere. Cognoſce deo amabilis imperatoꝛ: q̄m
hec quidem predicať a ſeculo. ꝛ hanc profeſſi
ſunt patres nicea cōuenientes. Jn hac quo=
q̄ fide cōcoꝛdant om̄es eccl'ie hiſpanie ꝛ brit
tannie: necnō gallus ytalie ꝛ dalmacus cōſti=
tute in capadocia. miſia ꝛ macedonia. ꝛ in vni
uerſa ſimul helladia. ſed etiā in vniuerſa affri
ca. ſardinia. cypro. creta. pāphilia. lycia. yſau
ria. ꝛ in om̄i egypto ꝛ libia. ponto ꝛ capado=
tia. partibꝫ vicinis ꝛ oriētales eccleſie. preter
paucos arrij ſectatoꝛes. Omniū nanq̄ predi
ctoꝛū ſententiā experimento cognouimus et
litteras habemus: eoſq̄ nouim⁹ deo amabi
bilis imperatoꝛ: quia cū pauci quidē huic fi
dei cōtradicant. preiudiciū facere nō poterūt
in toto oꝛbe terrarū. Multo em̄ tēpoꝛe ab he
reſi arriana pulſati. nunc ētiā pietati cōtentio
ne maxima cōtradicunt. Ut vero hec pietas
tua cognoſcat: licet ſciat. tamē ſtuduim⁹ fidē
cōcilio niceno profeſſaz ab epiſcopis trecētis
decē ꝛ octo ſubiūgere. Eſt autē hec niceni cō
cilij fides. Credimus in vnū deum patrē om
nipotentē omniū viſibilium inuiſibiliūq̄ fa
ctoꝛem. et in vnū dominū ieſum chriſtū filiuz
dei natum ex patre vnigenitū. hoc eſt de ſub
ſtantia patris. deū de deo. lumen de lumie. de
um verū de deo vero natū non factū conſub
ſtantialē patri. per quē omnia facta ſunt que
in celo ꝛ que in terra: qui propter nos hoīes
et propter noſtrā ſalutē deſcendit de celis in=
carnatus. humanatus. paſſus eſt. ꝛ die tercia
reſurrexit. aſcendit in celos venturus iudica
re viuos ꝛ moꝛtuos. ꝛ in ſpiritū ſanctū. Eos
autē qui dicūt. erat quando nō erat. ꝛ anteq̄
naſceretur nō erat. ꝛ quia ex nō extantibus
factū eſt. aut ex altera ſubſiſtentia vel ſubſtan
tia. dicentes eſſe: aut creatum aut cōuertibi=
lem. aut mutabilem filiū dei. hos anathema
tizat ſancta catholica et apoſtolica eccleſia.
Jn hac fide amabilis imperatoꝛ nos cōſiſte
re neceſſariū eſt tanq̄ ſacra ꝛ apoſtolica eccle
ſia. nulliūq̄ mouere eam ſeductione verboꝛū
atq̄ contentione quod ab initio arriani fece=
runt. ex non extantibus filium dicentes: et
quia erat quādo non erat. ꝛ creatus ꝛ factus
et cōuertibilis eſt. Propterea ſicuti predixi=
mus. ꝛ nicena ſynodus hereſim anathema=
tizauit huiuſmodi. fidē ꝙ̄o profeſſa eſt verita
tis. Non em̄ ſimpliciť ſimilē dixerūt filiū pa
tri. ne ſimpliciter ſilis deo verus eſſe crederet.

ſed etiã conſubſtantialẽ ſcripſerũt quod proprium eſt geniti veriqꝫ filij ex vero et naturale patre naſcẽtis. Sed neqꝫ ſpiritũ ſanctũ alienauerũt a pr̃e ⁊ filio. ſed potiꝰ glorificauerũt eũ cũ patre ⁊ filio in vna ſancte trinitatꝭ fide eo ꝙ ſit in ſctã trinitate diuinitas. Has litteras impator legẽs cõfirmauit quã habuerat de ſacrꝭ ſcientiaꝫ ⁊ affectũ. Aliamqꝫ cõſcripſit legẽ. vt frumentorũ cõſuetudo redderetꝰ eccleſijs. quã maximꝰ diſtribuerat cõſtantinus ⁊ dari prohibuerat iulianꝰ. Et quoniã propter illius impietatẽ orta fames nõ ſinebat totam tunc ſummã quã cõſtantinus cõſtituerat erogari. terciã partẽ iouinianus ad pſens impẽdi promiſit. ita vt ceſſante fame frumẽta integra preberentur.

## Capitulum.iiij.

Ocauit igitꝰ imperator a cõſtantino exilio miſſos epiſcopos: q̃ nõ occurrerant iuliani redire tẽporibꝫ. Tunc etiã autẽ templa paganorũ om̃ia claudebantꝰ ⁊ ipſi ſacerdotes vbiqꝫ fugiebãt. indutiqꝫ pallijs ipſa pallia reponebãt ⁊ ad ſcema cõmune reuertebantꝰ. Quieuit etiã pollutio ſanguinis quã publice inſatiabiliter ſub iuliano celebrabãt. Porro chriſtiani nõ quieſcebãt. preſules em̃ religionũ adibant crebro principeꝫ credentes ſe eius obtinere voluntatem aduerſus proprios inimicos. Et primũ quidẽ macedoniani libellũ principi porrexerũt. poſtulantes vt expellerentꝰ eccleſijs qui diſſimilem filiũ predicarent. ⁊ ipſi introducerentꝰ in eas. Erant em̃ qui libellũ obtulerant baſilius anchyre. ſiluanus tarſi. ſofronius. põpeioleos paſuncus et lenus. leontius comanꝰ. callicratis claudio poſiꝰ. theophilus caſtabalenus Horũ libellũ imperator accipiẽs eos ſine reſponſo dimiſit. hoc tantũmodo dicens. Ego cõtentiones odio. eos aũt qui ad concordiaꝫ feſtinant diligo pariter ⁊ honoro. Quod audientes qui ad cõtentionẽ ſe preparabãt quieuerũt. Hoc ergo ꝑ voto impatoris eſt actũ. Nã tunc intẽtio ſectatorũ acacij reuelata eſt. ⁊ ſicuti ſolebant ad vota ſe principis cõtulerũt. Cõuenientes em̃ in antiochiam ſyrie habuerũt verba cũ meletio q̃ ante paululũ diuiſus ab eis cõſubſtantialitatẽ defendere videbatur. Hoc itaqꝫ fecerũt qui cũ honorari conſpiciebãt pncipe tũc ibi morante. Cõmuni ergo conſilio libellũ cõponentes cõſubſtantialitatẽ profeſſi ſunt ⁊ nicenã roborãtes fidẽ obtulerũt impatori. Cuiꝰ libelli verba ſunt hec.

Piiſſimo ⁊ deo amabili dño nr̃o Iouiniano victori auguſto ſynodũ pſentiũ epozũ ex diuerſis prouincijs in antiochena vrbe cõuenientiũ. Quoniã eccleſiaſticã pacẽ atqꝫ concordiã tua primũ ſtuduit pietas celebrare bene nouimꝰ eſſe nos dõ amabilis impator. Quia verticẽ huiuſmodi vere vnitatꝭ ⁊ orthodoxe fidei bene ſumpſiſti. neqꝫ hoc ignoramꝰ. Sꝫ neqꝫ cũ hijs qui adulterantꝰ veritatis dogma reputemꝰ tue pietati ſuggerimꝰ: quoniã ſancti concilij nicea olim ⁊ ab initio celebrati fidem ⁊ ſuſcepimus ⁊ cõtinemus. qm̃ etiã conſubſtantialitatis nomẽ qd aliter ſe a quibuſdam videtꝰ dicimus cauta interptatione a patribus excepiſſe. Quippe ſignificantibꝫ quoniã ex ſubſtantia pr̃is natus eſt filius. ⁊ quia ſilis per ſubſtantiã patri eſt. Nõ em̃ velut aliqua paſſio circa ineffabilẽ natiuitateꝫ creditꝰ: neqꝫ ſcdm aliquẽ paganorũ vſum percipitur a patribꝫ ſubſtãtie nomẽ dictũ. Sꝫ ad deſtructionẽ arrianorũ qui pſumpſerunt ex non extantibꝫ de xp̃o aliquid impie pdicare. quod etiã iſti qui nunc inequalitatẽ aſſerunt. aſperius ⁊ audacius ad vaſtandã eccleſie cõcordiã impudenter auſi ſunt perpetrare. Quãobreꝫ huic relationi noſtre ſubiunximꝰ. exemplar fidei niceni concilij: quã etiaꝫ decenter amplectimur. Eſt em̃ huiuſmodi. Credimus in vnũ deum patrẽ omnipotentẽ et reliqua. Et ſubſcriptio. Meletius epiſcopus antiochie obtulit in ſupraſcriptis conſentiens. Euſebius. ſamoſatenus. euagrius. ſiculus. vranius apanie. zoilus. lariſenus. acacius ceſarie. antipater roſi. abramius vrunenus. ariſtonicus ſecucobeli. barlabentus pergami. vraniꝰ meletine magnus calchidis. euthichius eleutheropoleos. roſaceus armenie maioris. Titus boſtrenſis. pelagius laodicie. arbianus adrẽſis. Piſo adadenus. per lamyrionem preſbyterum. ſibinianus zeumatis. Athanaſius anchyrie. per olphicũ ⁊ etium preſbyteros. hyreneus gaze. Piſo auguſte. patritius palti. per lamyrionem preſbyterũ. Anatholius berotbee. Theotinus aramenus. Lucianus arcenus. Hunc vtiqꝫ libellum in collectiõe ſynodalium ſabini conſcriptum inuenimus. Uerum imperator propoſitum hunc habebat: vt blandimentis et ſuaſione verborum diſcordantium contentiones abſcideret dicens. Nulli quidem ſe quomodocũqꝫ credẽtium fore moleſtum. eos tamen diligere ⁊ minus honorare qui principiũ eccleſiaſtice vnitati pberent. Quia vero hoc egerit etiam the

miſtius philoſophus ait in laude quā in eiꝰ protulit cōſulatu. Ubi miratur imperatoreȝ ꝙ ꝑmiſerit vnūquēqꝫ colere ſicut vellet atqꝫ deuicerit blandientium mores. Quos valde deridens ait manifeſtare per puerum.

¶ Sozomenus.

Situr impator tunc etiā ſecūdo noīe ꝑfectura gubernandi ꝓtorianā legem dedic vt capitali ſentētia plecteret qui ſacraȝ virginē nuptiali thoro violare ꝓſumeret vel impudico aſpectu reſpiceret. nō dicam abripere forte temptaret. Quā legeȝ ideo poſuit. eo ꝙ iuliani tēporibꝫ. quidē huiuſcemodi virgīes vxores ducere preſumpſerunt.

¶ Sozomenus.

# Capitulum. v.

Alter hec athanaſius alexādrie ſedis eṗus cū paucis ſuorū cōmunicato cōſilio neceſſariū iudicauit vt xpianuȝ videret impatorē. Ueniēſqꝫ antiochiā ꝑncipē de qͥbus oportebat edocuit. Quidam aiūt qͣ eū ipſe magis euocauerit impator. vt q̄ neceſſaria pro religiōe ⁊ recta fide videbant exponeret. Diſponēſqꝫ vt decebat cauſas eccl̄ie de reuerſione cogitabat. Uerū euzoius arriane ſecte antiochene ciuitatis eṗus ſtudebat vt ꝓbatianus qͥdam eunuchus in alexādria vrbe ordinaret epiſcopus. Cūqꝫ hoc ageret lucius alexandrinus a gregorio ꝑſbyter ordinatus eſt. adijt impatorem ⁊ maledicēs athanaſio quidā quaſi tēporibꝫ eṗatus ſui fuiſſet inſcriptus. ⁊ plurima exilia ꝑcedētibꝫ ſuſtinuiſſet impatoribꝫ eſſetqꝫ circa eū ſacra cauſa diſcordie. Supplicabat inſuꝑ vt alter in alexādrina ciuitate ordinaret eṗus. Uerū impator ſciēs quāte athanaſio inimicorū inſidie prouenissent. derogatiōes hmōi non reſpexit. ſed lutiū quidem cū multa intermīnatiōe tacere iuſſit. Probatianū ꝟo eiuſqꝫ ſequaces eunuchos auctores huiuſmodi ſcelerū atqꝫ turbarū caſtigādos eſſe ꝑcepit. Porro athanaſium amicū ſibi maximū factū deſtinauit in egyptū. vt ſicut ei videret cauſas eccliaꝝ populoſqꝫ diſponeret. Fertur eñ qͣ eū proxima ꝟtute cōuerſatōnis ſapiētieqꝫ laudauerit. Aiunt quidā anteqꝫ ſub cōſtantio imperatore arriani teneret eccleſias ſomniū vidiſſe anthoniū monachū quaſi burdones altare ſacrū calcibus euertiſſent. expertūqꝫ dixiſſe: qm̄ ab adulteris ⁊ ꝑmixtis homībꝫ ecclia calcaret: q̄ nō fuiſſe mendacia poſterioꝝ mōſtrauit euētus:

¶ Socrates.

# Capitulum. vj.

Unc igitur impator impetū retinēs hereticoꝝ diſceſſit ab antiochia ⁊ venit ad tarſum cilicie. ibiqꝫ corpus iuliani ſepeliuit. Et dū cuncta ſolemnia funeri eius exhibuiſſet. cōſulem deſignatus. Dumqꝫ cōſtantinopolim feſtinaret. venit ad ꝑdiuȝ nomīe dadaſtam inter galaciam et bithiniaȝ quo temeſtius philoſophus cū alijs ſenatoribus occurrens conſularē recitauit oratiōnē. Feliciter tunc agi potuiſſent res romane rei publice ⁊ ſimul eccleſiaſtice ſub principe benigno diſpoſite. niſi repentina mors mortalē virum ab hominibꝫ abſtuliſſet. In ꝑdicto nāqꝫ predio hyemis tempore in fraxis languore conſtrictus eſt mortuus cōſulatu ſuo ⁊ baroniani filij ſepti.a decima die menſis februarij. Qui regnuit menſibꝫ. vij. vixit ānis. xxxiij.

¶ Sozomenus.

# Capitulum. vij.

Umqꝫ in niceā bithinie veniſſet exercitus valētinianuȝ ordinauit impatoreȝ. virū optimū. ⁊ apice principali digniſſimū.

¶ Socrates.

Alentinianꝰ igit ordinatꝰ viceſima qͣnta die eiuſdē februarij mēſis pānonius genere de ſciba ciuitate: cui tūc erat militū cura cōmiſſa quoniā probatiſſime militarē nouerat diſciplinā. Fuit etiā vir magnanimꝰ et ſemꝑ ꝑſenti fortuna melior apparebat.

¶ Theodoricus.

Pſe eñ nō modo fortitudīe. ſȝ etiā prudētia. tēperantia atqꝫ iuſticia et corpis magnitudine ꝑfulgebat. Sic eñ fuit regalis piter ⁊ vrbanꝰ vt dū exercitꝰ tēptaſſet ei aliuȝ ſociare cōſortē: ille reſpōderit qꝺ cātat ab hominibꝫ. Ueſtruȝ īnqͥt fuit o milites impatore nō exiſtēte mihi dare regnū ⁊ impiuȝ verum vbi ego ſuſcepi meū. iā eſt non vr̄m de rebꝫ cogitare cōmunibꝫ. Cuiꝰ ꝟba mirati milites: eiꝰ ſecuti ſunt volūtatem. At ille fratrē de penia vocās ꝙ non debuit ſociuȝ fecit imperij.

¶ Socrates.

Oſt triginta dies auſpicij ſui.

Theodoricus.

Ui aſie ſceptra cōtradēs piter ⁊ egypti europā ſibi diſtribuit ⁊ veniēs ad heſperiam omēs milites docuit equitatem. a ꝑdicationibus pietatis incipiens.

# Capitulum. viij.

Vxentio nanqꝫ defuncto ꝙ medio-
lanēſem preſulatū tenuerat. multiſqꝫ
fuerat cōciliis abdicatꝰ. euocās om-
nes ep̄os imꝑator huiuſmodi apud eos ver
ba locutus eſt. Noſtis aperte eruditi quippe
diuinis eloquiis qualē oporteat eſſe pontifi
cē. et quia nō decet eū verbo ſolū: ſed etiā con
uerſatiōe gubernare ſubiectos ⁊ totus ſemet
ipſum imitatorē virtutis oſtēdere. teſteqꝫ do-
ctrine cōuerſationē bonā habere. Talē itaqꝫ
in pontificali conſtitutū ſede: cui ⁊ nos ꝙ gu
bernamꝰ imperiū. ſincera noſtra capita ſum
mittamꝰ ⁊ eius monita dū tanqꝫ homies de
reliquerimꝰ neceſſario veluti curantes medi
camēta ſuſcipiamꝰ. Hec cū dixiſſet imꝑator.
petit ſynodus vt magiſ ipſe decerneret ſapiēs
⁊ pius exiſtēs. At ille. ſuper vos eſt inquit ta-
lis electio. Vos enī gratia diuina potiti ⁊ illo
ſplendore fulgētes melius poteritis eligere.
Tūc ſacerdotes egreſſi de epiſcopali ſede tra
ctabāt. Ruſum orthodoxi ſui dogmatis ni-
tebant̄ habere epiſcopū. Hanc ſeditionē am
broſius cui tūc preſidalis fuerat cura cōmiſ-
ſa. cognoſcens ⁊ metuēs ne quid turbe cōſur
geret ad eccleſiam feſtinus acceſſit. At illi ceſ
ſante ſeditione cōmunē dederunt vocē peten
tes vt paſtor gregis ordinaret̄ ambroſius ꝙ
nondū fuerat baptiſatꝰ. Hoc imꝑator agno
ſcens repente iuſſit eum baptiſari. ⁊ tanqꝫ di-
gnū virum ordinari pontificē. Nouerat enī
eius certiorē omni pondere voluntatē. ⁊ totiꝰ
regule decreta ſubtiliora. arbitratus etiaʒ di
uinū in eo eſſe decretū. dū in eiꝰ electiōe: etiaʒ
pars cōtraria cōſonaret. Hic ergo ſacri bap-
tiſmatis dono potitꝰ. gratiā quoqꝫ ſimul ſu-
ſcepit epiſcopatus. Quo facto hunc hymnū
optimꝰ imperator ſaluatori ⁊ domio obtuliſ
ſe fertur. Hiis quippe que gerebant̄ intererat
Gratias inquit ago tibi domie omipotens et
ſaluator noſter. qui huic viro ego quidē com
miſi corpa. tu aūt aīas ⁊ meā electionē oſtē
diſti iuſticie cōuenire. Cumqꝫ poſt paucos di
es ſanctꝰ ambroſius cū multa fiducia apud
imꝑatorē quereret̄ quia male a iudicibꝫ age-
bat̄. tunc imꝑator ait. Hanc inqt cōfidentiā
tuā dudū noui. ⁊ aperte probās nō ſolum nō
reſtiti. ſed etiā in electione ordinationis ſociꝰ
fui. Feſtina itaqꝫ ſanare ſicut diuina lege pre
cipit̄. animarū delicta noſtrarū. Hec igit̄ im
perator mediolani ⁊ dixit ⁊ fecit. Cognoſcēs
aūt quidam in aſia ⁊ frigia de diuinis dubi
tare dogmatibꝫ in yllirico quidē ꝓcepit ſyno
dū celebrari: et que de illis ⁊ decreta atqꝫ fir-
mata ſunt dubitantibꝫ deſtinauit. Porro qui
illic cōuenerant decreuerūt fidem expoſitam
in nicea vrbe ſeruandā. Scripſit autē et ipſe
ſocium habens ⁊ adhibēs in ſuis litteris fra
trē quatenꝰ in hiis que placuerāt duraretur.
Hanc ergo etiā legem ipām ponere neceſſari
um eſt. ꝙ aperte ⁊ eius pietatē ꝑdicat. ⁊ valen
tis tūc ſinceritatē ſine dubitatiōe demōſtrat.

## Capitulum. ix.

Imperatores maximi pii victores:
auguſti. valentinianus. valēs ⁊ gra-
tianus. epis dyoceſeos aſie frigie. ca
rophrigie. pacatiane in dño ſalutē. Tanto cō
cilio in yllirico celebrato et ſubtilit̄ habita q̄-
ſtione de ſalutari verbo. oſtenderūt beati pō-
tifices ter trinitatē conſubſtantialē patris et
filii ⁊ ſpūſſancti: quā nequaqꝫ declinātes iu-
ſta myſteria religionis magni regis exercent
Hanc igit̄ ꝑdicari decreuit noſtra quoqꝫ ſen
tentia ⁊ potētia. ita tamē vt non dicāt aliq: ſe
q̄mur religionē imperatoris hanc patriā gu
bernantis ⁊ nō illi potius obediētes qui no-
bis ſalutis mandata cōtradidit. Euangeliuʒ
namqꝫ chriſti noſtri ſic habet. Reddite que
ſunt ceſaris ceſari: ⁊ que ſunt dei deo. Quid ḡ
vos dicitis epiſcopi ⁊ preſules ſalutaris ver
bi. Si ita ſe habet veſtra probatio diligētes
alterutros imperiali imbuti dignitate quieſci
te. ⁊ nolite perſequi eos qui deo perfecte mi-
niſtrant. quorū orationibꝫ ⁊ terrena bella ſe-
dant̄ ⁊ recedentium a deo angelorū repellun
tur incurſus. quiqꝫ omnes demones corru-
ptores precum aſſiduitate cōfundunt. tribu-
ta ſcdm̄ leges inferre non reſpuūt. poteſtatiqꝫ
regie non reſiſtūt. ſed ſincera voluntate ⁊ ſu-
perni dei nutu mandata cuſtodiunt. ⁊ noſtriſ
legibus ſubiugantur. Vos autem inobediē
tes eſſe monſtramini. Et nos quidem ſubiici
mur ei qui primus eſt et nouiſſimus. vos au
tem voſmet abrogatiſ. Nos itaqꝫ puros nos
ipſos ⁊ vobis eſſe deſideramus. et ſicut py-
latus in examinatione chriſti noſtri cuʒ nol
let eum perimere. conuerſuſqꝫ ad oriētis par
tes et petens aquā diluit manꝰ ſuas dicens.
Innocens ego ſum a ſanguine huiꝰ iuſti. ſic
etiam noſtra maieſtas ſemꝑ mādauit ꝑſecu-
tionē non fieri. neqꝫ fluctuatōnes inferri. nec
inuidere laborantibꝫ in agro dñico. neqꝫ diſ-
penſatores magni regis expellere. vt nō ad ꝑ
ſens et ſub imperio nr̄o creſcere videamini: ⁊
poſtea teſtamentū dñi ſubdere paſſioni. ſicut
in ſanguine zacharie. ſed illi poſt aduentum

ſuperni regis noſtri ieſu chriſti diſrupti ſunt. cõtraditi morti. cũ adiutore ſuo demone corrupti. hec pcipimus in megecio ꝛ ciceronio ꝛ damaſo ꝛ lampone ꝛ brintiſio. q̃ adiutores fuerũt. ſed etiã ipſa vobis geſta dixerim⁹ qͥnus agnoſcatis ea q̃ in eximio ſunt concilio celebrata. Hys ergo litterꝫ etiã ſubdidit dogmata cõciliũ hec ſummatim habẽtia. Profitemur ſequẽtes magnũ orthodoxũqꝫ conciliũ. cõſubſtantialẽ eſſe patri filiũ. ꝛ nõ ſic intelligimus cõſubſtantialẽ ſicuti dudũ quidã expoſuerũt non vere ſubſcribentes. ꝛ nunc aliꝗ illos vocantes patris virtutẽ ſermonis reſpiciunt ꝛ ſequit eos qui ꝑ conſubſtantialitatẽ ſimilitudinẽ ſignificatã eſſe ſubſcripſerũt. eo ꝙ nulli reliquaꝝ creaturarũ per eũ factarum ſimilis ſit filius niſi tantũmodo patri. Sed q̃ hec exponũt creaturã precipuã dei filiuꝫ pie dogmatiſant. Nos itaqꝫ ſapim⁹ ſicut etiã cõcilia nuper rome ꝛ galliꝗs celebrata vnaꝫ eſſe eandemqꝫ ſubſtantiã patri ꝛ filiꝗ ꝛ ſpiritu⁹ ſancti in trib⁹ perſonis. qd eſt in tribus perfectꝫ ſubſiſtencijs. Cõfitemur autẽ ſcđm nicenaꝫ expoſitiõnẽ ꝛ incarnatũ filiũ dei conſubſtantialẽ ex virgine ſancta maria ꝛ in hominibus inhabitaſſe ꝛ cõpleſſe diſpenſationẽ pro nob omnẽ in natiuitate ꝛ paſſione ꝛ reſurrectiõe. ꝛ in celos aſcenſione ꝛ iterũ venturũ vt reddat nobis ſimilitudinẽ diuinã a ſemetipſo. deum exiſtentẽ carnigerũ. ꝛ hominẽ deiferũ. Hys ergo que pdicta ſunt ꝯtraria ſapiẽtes. anathematiſant per eũ qui nõ ſolũ dixit. anteqꝫ naſceret nõ fuit filius. ſed ſcripſit quia ꝛ anteqꝫ opere naſceret. virtute erat in patre. Hoc em ꝛ in oĩbus creaturis eſt q̃ non ſemp exiſtũt ſicut de⁹. filius em ſemp cũ patre eſt: ſempiterna natiuitate progenitus. Hec igit impator ſummatim ſignificauit. ego vo ipſas concilij litteras ponendas exiſtimo.

## Capitulum. x.

Piſcopi yllirici. epis eccliaꝝ dei dyoceſcos. aſie. phrigie. cato phrigie. pacatine in domino ſalutem.

Onuenientib⁹ nobis in vnuꝫ ꝛ habitã maxima queſtione de ſalutari verbo ꝓbauim⁹ conſubſtantialem eſſe trinitatem patris ꝛ filij ꝛ ſpiritusſancti. Quãobrem iuſtuꝫ fuit vobis litteras deſtinare. non quibuſdaꝫ argumentationib⁹ religionẽ trinitatis ſcribẽtes: ſed humilitate rogãtes: has noſtras litteras deſtinauim⁹ per dilectiſſimũ fratreꝫ noſtrũ ꝛ conſacerdotẽ helpidiũ presbyteruꝫ. In pſentib⁹ itaqꝫ noſtrꝫ litteris q̃ſi illud refertur qd in ſaluatoris noſtri ieſu chriſti libris ſcriptũ eſt. ego quidẽ ſum pauli. ego autẽ apollo. ego vo cephe. nunqd paulus crucifixus pro vobis eſt. aut in nõĩe pauli baptiſati eſtis: et hec qdem ſuſtfficiebãt humilitati nr̃e. et iam ſi nõ vobis vniuerſales litteras mitterem⁹ ꝓpter tm̃ timorẽ quẽ ibi predicatis. cuncte vr̃e prouincie a patre ꝛ filio ſpiritũ ſanctũ diuidẽtes. Quãobrem neceſſariuꝫ habuim⁹ ad vos deſtinare dominũ noſtrũ ꝛ cõminiſtrũ helpidiũ a regio pncipatũ romanoꝝ has litteras deferentes vt ſi forte talis eſt pdicatio vr̃a cognoſcat. Qui em cõſubſtantialẽ trinitatẽ nõ pdicant anathema ſunt. ꝛ ſi quis hijs non cõmunicans inuenit anathema ſit. Hys auteꝫ qui cõſubſtantialẽ predicãt trinitatẽ preparata ſunt regna celoꝝ. Rogamus ergo vos fratres. vt nõ aliud doceatis. nõ aliud innouetis ſed conſubſtantialẽ ſemp ꝛ vbiqꝫ predicãtes trinitatẽ. poſſidebitis regnũ dei. Ob hoc ſcribentes ꝛ cõmemorãtes has litteras deſtinamus. De epis autẽ cõſtituendis cõminiſtris iam cõſtitutis ſi permãſerint vſqꝫ ad finẽ. bene. alioquin ex ipſo presbyterio repellant. Similiter pſbyteros atqꝫ dyaconos in ſacerdotali ordine diffiniuim⁹. vt ſint irreprehenſibiles vndiqꝫ ꝛ a curia et ab officio militari. Propterea ergo hoc noluim⁹ plurimis verbis ſcribere: eo ꝙ dixerimus vnum ex omib⁹ dominũ noſtrũ. Helpidiũ ꝛ cõminiſtrum ſtudioſe pdicationẽ veſtrã cogniturũ. ſi ita ſe habet ſicut audiuim⁹ a domino noſtro ꝛ conſacerdote euſtachio. De cetero licet aliquando in errore fueritis deponẽtes veterẽ homineꝫ induimini nouo. Nam ꝛ ipſe frater ꝛ cõminiſter helpidus docebit vos verã predicare fidẽ. quia ſancta trinitas eſt ſubſtantialis deo patri ꝛ filio cũ ſpiritu ſanctificata glorificata. manifeſtata eſt. pater in filio. filius in patre. cũ ſancto ſpiritu in ſecula. Hoc itaqꝫ declarato aperte poterimus ſanctã trinitatẽ cõfiteri cõſubſtantialẽ eſſe ſcđm fidẽ olim in nicea expoſitã: quã patres cõfirmauerũt. Qua fide pdicata poterim⁹ erroneũ demonẽ declinare. Quo extincto pacificis noſmetipſos litteris degentes in pace ſalutabim⁹. Scripſimus autẽ vobis vt noueritꝫ arrianos eſſe cõdemnatos nolẽtes cõfiteri ex patris ſubſtantia filiũ ꝛ ſpiritũ ſanctũ quoꝝ nõĩa ſunt ſubiecta. Polichronius. tilemac⁹. fauſtus. aſclepiadis. amantius. cleopater. Hec g̃ ita ſe habent in gloria patris ꝛ filij ꝛ ſpũſſancti. in ſe-

cula seculorũ amen. Valere vos optam⁹ patri ⁊ filio saluatori christo: cuꝫ sancto spiritu multis annorũ circulis.

## Capitulum. xj.

ſbyt̃ ſe ab eccl'ie romane cõione ſuſpẽdit. qm̃
Corneli⁹ eps fideles q̃ ſacrificauerãt tpe fcẽ
ꝑſecutiõis a decio ĩ cõione recepat. Pro hac
itaqꝫ cã ſegregat⁹. ⁊ ad epatũ a ꝯſortibꝫ ſuis
epis euocat⁹. ſcribebat eccl'ijs. ne cos q̃ demo
nibꝫ ĩmolauerãt ad ſacramẽta ſuſcipẽt. ſȝ inuita
rẽt q̃dẽ ad pniaȝ. remiſſionẽ ꝓ dei relinq̃rẽt
ptãtcui⁹ ſoli⁹ ẽ pctã dimittere. Tales eplas
ſuſcipiẽtes ĩ vnaquaqꝫ prouincia. ſcd̃m pro-
prios ſenſus reſponſa reddebant. Cuȝ ergo
ille mandaret vt non oporteret ſacris inter-

eſſe myſterijs eos qui poſt baptiſma peccatū cōmiſiſſent quod ducit ad mortē. Quibuſdā quidē videbatur amara nimis ⁊ dura huiuſmodi regula. alij vero veluti iuſtā rectāq̧ ſuſcipiebant. Inter hec mota queſtione venerunt littere Cornelij romani pſulis: que remiſſionē peccantibꝫ etiā poſt baptiſma ꝑmittebant. Sic ergo ambobꝫ diuerſa ſcribentibus ⁊ ex diuinis eloquijs ſuos ſenſus firmātibus ſinguli prouintialiū diuerſas ſunt ſecuti ſententias. ſanātes nanq̧ ſana repromiſſa remiſſiōe etiam reliquo tēpore deliquerūt. Unde videtur quia gētes frigū. caſtiores q̄ alie magis eſſe noſcunt. Nouatus itaq̧ licet propter ꝯuerſationē ſubtiliſſimā ſegregauerit ſemetipm. tamē nō mutauit paſche ſolennitatem. nā ſcd̄m partes heſperias ⁊ iam iſte celebrabat. Agitur eīm apud illos poſt equinoxium ab olim. ⁊ ex quo chriſtiani eſſe ceperunt. Sed iſte quidē poſtea ſub perſecutiōe valeriani principis: martyrium terminauit. hij vero qui ex eo nomē habuerūt. eiuſq̧ fuere participes: facto concilio paucoꝝ epiſcoporū in vico pazeno. vbi ſunt fontes ſagarij fluminis. regulā ꝑtulerunt vt iudeos obſeruarent azima faciētes. ⁊ cū eis agant paſche celebritatē. Poſtea tamē etiā nouatianoꝝ eccleſiam ꝑpter illud conciliū noſcit eſſe diuiſum.

Eo tēpore dum Ualentinianꝰ impator nullam hereſem pturbaret. poſt liberiū rome damaſus ordinat epiſcopus. ſimul ⁊ vrſinus ex dyacono eius eccleſie. in baſilica Siciniēſi latenter. Ob quā rem multis ſeditōe tūc maximini animaduerſione punitis. remoto vrſino damaſus permanſit.

¶ Theodoricus

## Capitulum. x.

Unc itaq̧ apud heſperiā damaſus romanus. ⁊ ambroſius mediolanꝰ. ſpiritalibꝫ iaculis feriebāt hoſtes: cū quibꝫ etiā illi q̄ ad lōga fuerāt exilia deſtinati litterꝭ ꝯfortabāt ſuos. ⁊ aduerſarios deſtruebant. quos diuina prouidētia gubernatores in fluctuatiōe ꝑparauit. ⁊ militum ſapientiſſimos duces in prelijs.

¶ Socrates.

## Capitulum. xi.

Ater hec igit valentinianꝰ impator heſperie: cōtra legatos ſauromataꝝ vehementi furore cōmotus. eruptione venarū fluxu ſanguinis expirauit. cōſulatu gratiani tercio ⁊ equicij viceſimaſeptima die menſis nouēbris anno vite quinq̄geſimo quarto imperij. xi. Quo moriēte: ytalie milites ſexto die poſt eiꝰ mortē valentinianū puerum eius filiū ad imperij culmina ꝑuexerūt. Cuiꝰ imperiū fert cōpatruꝰ. licet ingrate q̄d eis ignorātibꝫ factū ſit. tñ poſtea ſuſceperūt. Hoc itaq̧ modo valentinianꝰ iunior in paterno ſucceſſit impio. Is eīm natus eſt de Iuſtina. q̄ viuēte ſeuera priore ꝯiuge. valentinianus hoc modo duxiſſe ꝓbat vxorē. Iuſtus iuſtine pater cū eſſet piceni iudex cōſtācij tēporibꝫ vidit in ſomnis q̄m ex dextro femore imperialē purpurā genuiſſet. Cūq̧ viſio per multos recitaret. ad ꝯſtācij aures vſq̧ peruenit. At ille ꝯſiderās ſomniū tanq̄ imperator ex eo naſceret. mittēs occidit iuſtū. Cuiꝰ filia Iuſtina cū orphana remanſiſſet a patre virgo ꝑmāſit. Poſteriore vero tꝑe ꝯuenit ad ſeuere noticiā: ad quā frequētiꝰ veniebat ⁊ amabat. ita vt etiā cū ea balneis vteret. Cunq̧ ſeuera ſecū lauātē. Iuſtinā diutiꝰ inſpexiſſet. pulchritudīe obligata eſt. ⁊ dixit impatori. q̄ ſic eēt ſpecioſa virgo Iuſtina. vt etiā ipa licet eſſet mlier. eiꝰ tñ amore ſit capta. At vero impator eiꝰ ſermōe ꝯcepto Iuſtinam ducere tractabat vxorē. nō tñ ſeuerā abijcere ex q̄ gratianꝰ fuerat natꝰ. quē pauloante firmauerat ipatorē. Legē itaq̧ ꝑtulit publice ꝑ ciuitates ꝑpoſitā ſancientem vt liceret volētibꝫ hr̄e duas vxores. Cūq̧ poſita lex haberet. Iuſtine ipe ꝯiūctꝰ eſt. ex q̄ natꝰ eſt valētinianꝰ iunior. ⁊ filie tres iuſta. grata. galla. Quaꝝ due q̄dē i virginitate ꝑmāſerūt. Gallā vero poſtea maior theodoſius impator duxit vxorē: ex q̄ placida filia noſcitur ei eſſe ꝓgenita. Nā archadiū ⁊ honoriū ex placilla priore ꝯiuge habuiſſe cognoſcit.

¶ Zozomenus.

## Capitulum. xij.

Aterea valēs antiochia Syrie degēs ꝯſubſtātialitatꝭ cultores vehemēter inſeq̄bat. niſi lib Themeſtij phi reuocaſſet. i q̄ poꝛauerat q̄ eū nō optet eē infeſtū ꝑpter diſcordiā eccl̄iaſticoꝝ dogmatū. q̄n etiā apd paganos. vltra trecētaꝝ ſectaꝝ dr̄ia videret ⁊ vnꝰ q̄ſq̧ ꝑ dogmate ꝓprio in ſnīa diuerſa cōſiſteret. ⁊ forte hoc deo grātū potiꝰ eſſet. dū nō facile cogſcit ⁊ diuerſo mō glificat: q̄tinꝰ vnuſq̄ſq̧ ampliꝰ timeat: dū itegritatē eiꝰ ꝯſcie ⁊ quō aut q̄lis q̄ntuſq̧ ſit igrat. Hijs themeſtij ratiocinatōibꝫ aliq̄ntulū mitior factꝰ eſt imperator.

¶ Socrates.

Non tamē omnino ſe ab indignatiōe ſuſpendit. ſed pro morte imponēda ſacratiſſimis viris decernebat exilia donec ei⁹ impetū cauſa huiuſcemodi reipublice remouiſſet. Barbari trans hiſtrū cōſtituti: qui vocanꝰ gothi ciuile bellum inter ſe duabꝫ partibꝫ cōmouerūt. Unius p̄erat fridigernus. alterius athalaricus. Cūq; ꝑualuiſſet athalaricus. fridegern⁹ cōfugit ad romanos eorūq; poſtulauit auxiliū. Quo cognito valens p̄cepit thracie militibꝫ: vt barbaris auxilia cōmodarent. hoc ſolatio vict⁹ athalaricus eſt ⁊ in fugam verſus. Ob hanc ergo cauſam fridigernus volēs aliquod beneficiū recompenſare valenti: cum ſuis omnibus dogmata eius religionis amplexus eſt. vnde hactenus gothi arriani eſſe noſcuntur. Tūc quidā vulfilas gothoꝝ epiſcopus litteras gothicas adinuenit. ⁊ ſcripturas diuinas in eam cōuertit linguam. Cum igitur nō ſolū fridegerni gothos ſed etiam athalarici vulfilas edoceret. tūc athalaricus vidēs religione patriam violari: multos arrianoꝝ ſupplicijs tradidit: q̄s arriani martyres nūc appellāt. Nā vero poſt multū denuo inter ſe barbari compacati. a vicinis gentibꝫ hunorum deprecabanꝰ. Expulſiq; de ꝓprijs ad romanoꝝ loca confugiunt ſeruire potius volētes imperatori. hoc dum cognouiſſet valens: nihil futuri ꝓuidens terras eis tribuit thraciarum: arbitratus preparatū ſe cōtra om̄es barbaros habere ſolaciū. ac ꝓpterea milites de cetero negligebat ⁊ eos qui dudum cōtra hoſtes elaborauerāt deſpiciens. quidā collatores ꝓuincie ꝑ vicos ⁊ ciuitates ꝓ vno quoq; milite octoginta ſolidos exigebat: qui dudum eoꝝ tributa releuauerat. Hoc ergo fuit initiū vt illo tēpore romanoꝝ reſpublica calamitatibꝫ ſubdereꝰ. Barbari nāq; cū trachiam tenuiſſe licenter romanoꝝ ꝓuinciā deuaſtabant. Hec audiēs valens: cū ab orthodorum exilijs nō quieſceret. tūc tamē hac ſe neceſſitate ſuſpendit. turbat⁹ eñ ab anthiochia ad conſtātinopolim venit. vnde etiā aliquantum chriſtianoꝝ perſecutio ceſſauit.

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xiij.

N terra valēs imperator dū gothorum gentē cōmouiſſet ad preliū apd̄ Boſſorum. tūc fatu⁹ vires ſue infirmitatis agnoſcēs. miſit ad fratrē ſolatia petens. At ille reſcripſit quia religioſum nō eſſet talem virū iuuare. qui deo rebellis exiſteret ſed magis eſſe iuſtū vt eius ſupbia fedaretur. Quod dū ille miſerrimus agnouiſſet. licet maiori neceſſitate conſtrictus. nō tamē a ſua nimietate ceſſauit. Sꝫ fuit veritati rebellis Therentius igitur inter hec victor reuerſus eſt ab armenia. vir optimus ⁊ pietate decenter ornatus. hūc iuſſit valens poſcere dona que vellet. At ille quod decebat pium virum cogitare reſpōdit. petijt eñ non aurum nō argentū. non prediū nō cingulū neq; domum. Sed vt eis qui ꝑ apoſtolica doctrina pericula ſuſtinuerant. vna preberetur eccleſia. At ille petitionem ex ſcripto ſuſcepta cognoſcens: que illic tenebanꝰ ad ſcripta diſrupit eumq; alia poſtulare precepit. Uerum ille colligens verba precij. ſuſcipe inquit o imperator. ⁊ habeo donū. aliud ꝟo nō poſtulo. intentiōis mee iudex eſt vniuerſorum iudex. Cum ergo valēs tranſita boſſora veniſſet in trachiam. primū quidē cōſtantinopolim cōmoratus eſt. preparans bellū. deinde Traianum cū expeditu ꝯtra barbaros deſtinauit. Cūq; remeaſſet ille deuictus. derogabat. valens eius mollitiem ⁊ cauſam timoris aſcribens. At ille vſus fiducia viro fortiſſimo cōgruente. non inquit imꝑator ego ſum victus Sed tu vicoriā prodidiſti. dum deo reſiſtis et illius ſolatia barbaris facis pocius oportuna. Dū eñ a te expugnatur ꝓ illis pugnat. ⁊ neceſſe eſt deū ſequi victoriā. An neſcis q̄s ab eccleſijs expuliſti vel quibꝫ eas cōtradidiſti. Hec eadē arantheus ⁊ victor magiſtri militū ſunt ꝓfeſſi. ⁊ imꝑatorē ne tūc indignareꝰ ammonuerūt. Aiunt ⁊ eñ yſaac monachum habentē cellulā illic cū videret eū egredientē ad pugnā cū clamore dixiſſe. Quo vadis imꝑator. q̄d pugnas aduerſus deū quē nō habes adiutorē. Ipſe eñ cōtra te barbaros mouit quoniā ⁊ tu aduerſus eū blaſphemas linguas plurimas incitaſti. ⁊ qui ei pſallunt ſacra domibus expuliſti. Quieſce ergo rebellare. ⁊ ille faciet bella ceſſare. Redde gregibꝫ paſtores eximios. ⁊ victoriā ſine bello ꝑcipies. Si ꝟo nihil horum. ſic agens. pugnare cōtendis. experimēto cognoſces quia durū eſt tibi cōtra ſtimulū calcitrare. Nā neq; reuerteris. ⁊ exercitū vehementer amittes. Becramion autē omi virtute clarus vniuerſe Scythie preſul. habens zelo fidei cor accenſum pro corruptioni dogmatū ⁊ iniquitatibꝫ q̄s contra ſanctos agebat. valentē ſepe redarguit: clamans cum ſanctiſſimo dauid. Loque-

bar de teſtimonijs tuis in cõſpectu regum:et non cõfundebar.Qua tamen gratia barbari arriano ſint viciati languore narrabo.Tempore quo tranſeuntes hyſtrum pacẽ cum valente fecerunt.tunc preſens eudoxius ſuggeſſit imperatori.vt ei gothi cõmunicarent.dudum em̃ diuine ſcientie radijs imbuti apoſtolicis dogmatibus paſcebant̃.Cõmunio inquit vnius dogmatis.firmiorẽ facit pacem.hoc valens laudans.a ducibus gothorũ exegit.vt dogmatũ quocꝫ concordiã retinerent.Illi vero dicebant paternam ſe mutare doctrinam.Et cũ illo tempore vulfilas eſſet eorũ chriſtus quẽ valde ſequebant̃.eiuſcꝫ verba quaſi leges ĩmobiles eſtimabãt.hunc verbis pecunijſcꝫ flectens eudoxius egit.vt barbari cõmunionẽ amplecterent̃ imperatoris.ſic decipiens eos ac dicens.certamen eſſe verborũ non differentiũ dogmatum.Quamobrem hactenus gothi maiorẽ quidem patrem filio dicunt.creaturam ꝟo filium nequacꝫ dicere patiunt̃.licet hoc aſſerentibus cõmunicare videantur.

¶ Socrates.

# Capitulum.xiiii.

Hoc itacꝫ tẽpore ab antiochia diſcedente.cõfortati ſunt qui ab eo imperatore perſecutionẽ patiebant̃.et maxime alexandrini.Petro quippe reuertente de roma.cum litteris damaſi romane vrbis antiſtitis cõfirmantis cõſubſtantialitatis fideꝫ.et petri epiſcopi roborãtis ordinationeꝫ.quo facto populus ſumpta fiducia expulit luciũ et reduxit petrum.Sed lucius cõſtantinopoli nauigauit.Petrus cum paucũ vixiſſet tempus.reliquit fratrem ſuũ Thymotheum ſucceſſorem.

# Capitulum.xv.

Uero valens imperator cum triceſima die Maij menſis ſexto conſolatu ſuo.et valentiniani iunioris ſecũdo conſtantinopoli veniſſet.inuenit populuꝫ in meſticia conſtitutũ.Barbari nãcꝫ ꝑ thracias diſcurrẽtes etiã conſtantinopoleos ſuburbana vaſtabant.non exiſtente qui eis reſiſtere fortiter p̄ualeret.Qui dum vſcꝫ ad muros veniſſent vrbis.afflicta ciuitas murmurabat.quaſi eos imperator illic euocaſſet.dũ nec reſiſteret ⁊ magis bella protraheret.Circenſes igitur agebantur.⁊ illic imperatori clamabant.Da arma.et nos pugnamꝰ.hinc acceſſu imperator vndecima die iunij menſis egreditur.intermiatus penas ſe pro iniurijs cũ rediret a cõſtantinopolitanis ciuibus exacturum.et quoniã primitus videbant̃ procopio prebuiſſe ſolatium.ita vt ciuitateꝫ aratro vertere minaret̃.Deduxit igitur ciues vſcꝫ ad vrbem adrianopolim que eſt in confinio macedonie.

¶ Theodoricus.

Tc exercitu quidẽ premiſſo.in quodam vico victoriam ſuſtinebat.Porro milites barbarorũ impetum non ferentes.alij fugiebant.alij necabantur.Barbari autẽ venientes ad vicũ vbi valens agnita perditiõe ſe celare nitebatur.immiſſo igne cõcremauerunt cum vico etiam pietatis inimicum.

¶ Socrates.

Ui terminum vice ſortitus eſt nona die menſis auguſti.eodem conſulatu idẽ quarto anno ducenteſime octogeſime none olimpiadis.Aiunt aliqui euꝫ igne cõſumptum.cum in vicum fugiſſet queꝫ barbari cõcremauerunt.alij ꝟo referũt:quia mutato imperiali habitu ad pedeſtriũ venit exercitũ.et cum equeſtres ſe tradidiſſent pugnare nolentes in cõgreſſione vniuerſos pedeſtres repente confoſſos.vbi dicunt ipſum quocꝫ ignoto vulnere fuiſſe proſtratum.Defunctus eſt anno vite quinquageſimo.ꝗ cuꝫ fratre regnauit annos.xiij.poſt fratrem vero iij.talicꝫ ſorte defunctus eſt.

¶ Explicit liber Octauus hyſtorie eccleſiaſtice tripartite.

## ❡ Incipit liber Nonus hyſtorie eccleſiaſtice Tripartite.

## Capitulum Primum.

Igitur defuncto valēte denuo barba
ri vſq; ad muros cōſtantinopoleos
veniētes eius ſuburbana vaſtabant.
Quapropter ciues q̄ inueniſſent arma portā
tes hoſtibꝰ vt poterāt reſiſtebāt. Uxor eīn va
lentis imꝑatoris noīe dn̄ica. premia exerario
publico bene pugnantibꝰ ſcd̄m cōſuetudinē
militū miniſtrabat q̄bus etiā ſarraceni ꝑbue
re ſolatia que eorū regina Mauia romanoꝝ
federata direxerat.

❡ Theodoricus.

## Capitulum .ij.

Uero gratianꝰ valētiniani filiꝰ cum
dudū patre defūcto europe ꝑtes ſu-
ſcepiſſet defuncto valēte ſine ſobole
aſie quoq; libieq; regna ſuſcepit. Mox pieta
tē quā mēte ꝯceperat oꝑibꝰ demonſtrabat ini
ciaq; ſui regni rerū oīm dn̄o dedicauit. ſcrip-
ſit itaq; legē precipiēs vt expulſi paſtores ad
ſua ouilia remearent. ſacreq; baſilice reis red-
derent̄. q̄ cōmunionē damaſi ſequebant̄. Is
eīn damaſus romane vrbis ep̄s laude dignꝰ
vir mirabilis ſemꝑ ornatꝰ dicere ⁊ facere pro
ap̄licis dogmatibꝰ cūcta feſtinās poſt liberiū
gubernacula ſuſcepit eccl̄ie. Direxit igit̄ im-
ꝑator cū hmōi lege etiā ſaporē quendā tūc no
mīatiſſimū militie ꝑncipē. ⁊ arriane q̄dē blaſ
phemie p̄dicatores veluti q̄ſdā beſtias diui
nis ſeptis iuſſit expelli. optimis vero paſtoribꝰ
⁊ ſacriſ ouilibꝰ vniuerſa reſtitui. Hoc ḡ vniuer
ſis ꝓuincijs decreuit obſeruari.

❡ Socrates.

Gratianus itaq; cū minore valētiniano
regno potitꝰ ab exilio reuocatis oībꝰ le
ge ſanxiuit. vt vnaqueq; religio licēter ſacra
celebraret. Solos vero ꝓhibuit ab eccl̄ijs eu-
nomianos fotinianos ⁊ manicheos.

Theodoricus.

## Capitulum .iij.

Tunc igit̄ in antiochia q̄ preſidet oriē
ti cōtentio hmōi cauſa ꝓuenit ꝑ apo
ſtolicis dogmatibꝰ laborantibꝰ ſicut
iā dictū eſt erant diuiſi. ⁊ alij poſt calūnias ir
rogatas euſtachio arrianā abhorrēti veſaniā
apud ſemetipſos ſacra celebrātes paulinū: ha
bebāt antiſtitē: alij vero poſt ordinationē. Eu
zoij cū meletio cōuenientes eiꝰ doctrina frue
bant̄. Ad hec aūt apollinaris laodicenꝰ alte
rius ꝑtis ſibimet ꝑſulatū aſſumpſit. Qui dū
pietatiſ indueret vultū et ap̄lica ſe fingeret do
gmata cōſeruare. poſt paululū manifeſtꝰ ho
ſtis apparuit. Diuina nāq; natura adulterinis
rōnibꝰ vtebat̄. gradus q̄ſdam generās digni
tatē ⁊ ſacramentū diſpenſatiōis imꝑfectū ex
planare p̄ſumens. aīam rationalēq; corpꝰ re
gi ꝓuata ſalute cōfirmās. Si eīn aīam nō aſ-
ſumpſit ſcd̄m illiꝰ rationē deus v̄bum. neq;
medicinā ꝓbuit: neq; honorē dedit. ſed corpꝰ
quidē terrenū ab inuiſibilibꝰ virtutibꝰ adora
tur. aīa vero ſcd̄m diuinā ymaginē facta i in
feriore ꝑmanſit cōtumelijs induta pc̄ti. Qui
plurima ſuꝑ hec veſanꝰ aſſeruit. Aliq̄n eteni
pariter cōfitebat̄ ⁊ ipſe ex ſancta v̄gine aſſum
ptā carnē. aliquādo vero eā cū deo verbo celitꝰ
deſcēdiſſe. aliquādo eū ipſum factū carnem.
ſumpſiſſe nihil ex nobis. aliaſq; plures ⁊ in-
anes fabulas ſacris ꝓmiſſionibꝰ copulabat.
quas in p̄ſenti dicere ſuꝑfluū iudicaui. Alia
ſiquidem ille dicens. non ſolū ſuos peſte cō-
pleuit. ſed etiā quoſdam noſtrorū fecit huiuſ
modi libra ꝑticipari. Poſt paucū vero tēpus
dū ſuū viderent obꝓbriū ⁊ eccl̄ie claritatē
pene cuncti reuerſi ſunt ⁊ cōmunionē eccl̄ia-
ſticā percipere meruerūt. non tamē priorē de
poſuere languorem: ſed magis plurimos cō-
ſtantiū latenter ſauciauerūt. Ex hac ergo ra-
dice in eccleſijs vna germinauit carnis deita
tiſq; natura. et vt diuinitati vnigeniti paſſio
copulet̄ et alia quecūq; populis ſacerdotibꝰ
certamia genuerūt. ſed quidem hec poſtea fa
cta ſunt. Tunc eīn veniente ſapore magiſtro
militie ⁊ oſtendente principis legem. paulinꝰ
quidē fatebat̄ ſe damaſi eſſe participē. Emit-
tebat etiam apollinaris. hoc ipſo languore ce
lato. Sacratiſſimus vero meletius ſub quiete
degens illorū certamia deuitabat. Porro fla
uianus ſapientiſſimꝰ tunc in ordine preſby-
terij conſtitutus. primo quidem veniente ma
giſtro militū. ita ad paulinū locutus eſt. Si
cōmunionē damaſi o amice ſectaris. oſtende
nobis dogmatū tuorū aperte conſortiū. Ille
namq; dū vnam trinitatis ſubſtantiam con
fiteretur tres ſubſiſtētias predicat in aperto.
verum tu ediuerſo ſubſtantias ꝑimis trinita
tis. Oſtende itaq; dogmatū concordiā. ⁊ ſu
ſcipe ſcd̄m legem eccleſias. Cum ergo illum
hijs ſermonibꝰ obiurgaſſet. cōuerſus apolli

nari dixit. Ammiror te o amice. ſic impudenter veritati reſiſtere: cum aperte noueris. quoniã laudabilis damaſus perfecte naturã noſtram a deo verbo dicit aſſumptã: tu vero cõtraria fatearis. noſtram namq̧ mentez ſalute fraudens. Si autẽ falſe loquimur te forſitan accuſantes. vel nunc nouitatẽ a te natam denega. ⁊ damaſi amplexus doctrinaz ſepta ſuſcipe veneranda. Veritatis namq̧ rationib⁹ ſapiẽtiſſimus flauianus. illorum fiduciaz ita redarguit. Porro melecius omniũ manſuetiſſime hominuz. tranquilliſſime atq̧ modeſte paulino dixit. Quoniã ⁊ mihi harum omniũ curam cõmiſit dominus ſimiliter aliarũ ſuſcipe hanc ſollicitudinẽ. cõmunica alterutris ſub dogmate pietatis. Jungamus amice greges. ſoluamus de preſulatu contentionẽ. cõmuniter paſcentes oues. curaz eius cõmuniter offeramus. Si autez ſede certamen eſt. ego etiam hanc contentionẽ conabor expellere. Jn ſede ponatur ſacrum euangelium ⁊ ex vtraq̧ nos parte ſedeamus. Et ſiquidem prius ego terminũ vite ſuſcepero. ſolus eris antiſtes. Si vero hoc tibi prius euenerit. ego rurſus gregis curam habebo. Cũ hec ergo meletius cũ omni mãſuetudine protuliſſet. paulinus acquieſcere non conſenſit. Tunc magiſter militie iudex vtroruq̧ verborum audiẽs eccleſias meletio tradidit. Paulinus autem aliarum ouiũ permanſit antiſtes. Veruz appollinaris preſulatu nudatus eccleſie nouitatem doctrine ſue aperta impudentia predicabat. ⁊ ducem ſemetipm oſtendit hereſeos. Et ipſe quidẽ in laodicia crebro morabatur. antiochia vero iam prius vitalem ordinauerat. vita quidẽ optima decoratum ⁊ apoſtolicis dogmatib⁹ enutritũ. poſtea tamẽ hoc languore putrefactũ. Porro ſacratiſſimus melecius diodorum illũ cuius iam meminimus qui ſub tẽpeſtate nimius aſperrimaz eccleſie nauim ſine ſubmerſione ſeruauerat paſtorez conſtituit. ciliciecq̧ gentis ei curam cõmiſit. a panne vero pontificalẽ curam cõmiſit iohãni. Qui licet genere ac nobilitate fulgeret. tamen progenitores proprijs virtutib⁹ adornabat. Hũc ergo ⁊ ſermo decorabat ⁊ vita. Js itaq̧ tempore tempeſtatis confideliũ ſuoruz numerũ gubernauit cooperatorẽ habẽs laudabilẽ ſtephanũ. quem ſacratiſſimus melecius ad alia certamina deſtinauit. Nam dum agnouiſſet germaniciam eudoxij peſte corruptam. hunc ibi tanq̧ ſapientiſſimũ medicuz deſtinauit. Erat eñ omniũ grecorum doctrina plenus ⁊ diuinus dogmatib⁹ farcinatus. Quãobrem. ſpe ſua fraudatus nõ eſt. Viſus namq̧ dono ſpiritalis doctrine lupos mutauit in oues. Sancti eñ viri certamina habẽt ſubire pro chriſti nomĩe ⁊ tribulationes varias contra infideles ⁊ impios. Quod libenter faciũt. quia non attendunt ea que vidẽtur iſta videlicet terrena et temporalia. ſed eterna ſine fine manſura que non vident. Quod videntes impij plerumq̧ de lupis in oues mutant manſuetiſſimos. Porro magnus euſebius de exilio remeans. acacium ſumme claritatis virum. in boeria ordinauit epiſcopuz. in iherapoli theodorum cuius mira cõuerſatio hactenus decantant. Euſebiũ in chalchide. in cirron cyſtra. yſidorum. Aiunt enim q eulogiũ qui pro apoſtolicis dogmatibus fuerat decertatus ⁊ in antino cũ protogene miſſus exilio. ediſſa ordinaſſet epiſcopum. Baris eñ ſacratiſſimus. iã de pſenti luce migrauerat Sanctus ergo euſebius vltimũ epiſcopum Marin in ciuitate dolichia fecit. Hec eñi parua ciuitas veſaniam tunc obtinuerat arrianam. Ubi dũ accepiſſet euſebius vt marin virũ plurimis virtutibus decoratuz in ſede collocaret epiſcopali. quedam mulier arriana peſte completa. tegulam de tecto demiſit qua eius caput valde contriuit. iſq̧ poſt paululum ad vitã meliorez de hac luce migrauit. Qui moriens pſentes iureiurando cõſtrinxit vt ab ea q̃ hoc feciſſet nullo modo penas exigerent. imitatus dominũ ſuũ qui de ſe crucifigentibus. ait. Pater dimitte eis. nõ enim ſciunt quid faciũt. ſimul ⁊ eius ſeruũ ſtephanũ. De quo legitur in Actib⁹ apoſtolorũ. q gratia dei plen⁹ ⁊ ſpiritu ſancto diſputauerit cõtra iudeos ⁊ eos acriter increpauerit atq̧ incircumciſos corde ⁊ aurib⁹ vocauerit. ipſos qui poſt multos lapiduz ictus clamabat. domine ne eis ſtatuas hoc peccatum. hoc ergo modo magn⁹ euſebius eſt defunctus: q̃ thrachie barbaros euitauit. impiorũ hereticoruz manus declinare nõ potuit: ſed martyrij coronam illorũ ferocitate ſuſcepit. Hec ergo geſta ſunt poſt reuerſionem epiſcoporũ.

# Capitulum. iiij.

Orro gratianus thrachiam barbaros vaſtare cognoſcẽs ytalia relicta poemã venit. Ea tempeſtate theodoſius tam ꝑter parentũ nobilitatem. qui pro fortitudine propria nomĩatiſſimus habebatur. ⁊ ob hanc cauſam inuidia ſimiliũ iudicũ

fatigatus in hyſpania morabatᷣ. vbi ⁊ ortus fuerit ⁊ nutritus. Cunctis imperator quid facere hesitaret. quippe cū barbari elati victoria inexpugnabiles eſſe viderētur. ducatu theodoſij pugnam credidit terminari. Repente ſiquidē eum ab hyſpanijs euocās. et magiſtrū militū eſſe nuncians. cum expeditu ad barbaros deſtinauit. At ille fide munitus confidenter ad trachias eſt profectus. exercitū ordinauit ad pugnam. Cōgreſſione vero facta impetum barbari nō ferētes ſuas acies reliquerūt. Et illi quidem fugiebant. Hij vero fortiter ſequebanᷣ. immenſaqȝ cedes tunc facta eſt barbarorū. Plurimis igitur interemptis paucisqȝ latenter trāſeuntibꝫ hyſtrum. mox dux optimus exercitu diſperſo ꝑ vicinas vrbes ipſe velociter remeauit ad principem: ita vt ipe triumphorū ſuorum nuncius extitiſſet. quod tamen nec ipi imperatori dū mirareᷣ factum. factum credibile videbatur. Inuidi ſiquidem etiā fugiſſe eū dicebant. ⁊ exercitum perdidiſſe. at ille derogātes ſibi petijt dirigi. qui viderēt hoſtiū multitudinē peremptorū. hijs verbis īpator flexus direxit qui res actas inſpicerent. eiqȝ renunciarent. Porro dux optimus inter hec diuinā viſionē. ⁊ ab ipo oīum deo aperte ſibi monſtratam. Conſpexit eni in ſomnis: quia ſanctus melecius antiochene ciuitatis antiſtes clamidē ſe veſtiret imperialē. ⁊ corona caput ornaret. hec cum nocte vidiſſet. cuidā mane retulit amicorum. At ille clarum eſſe ſomniū dixit. ⁊ nihil enigmaticū nihil dubiū cōtinere. Cūqȝ pauci omnino trāſiſſent dies qui pro victorie inſpectione miſſi fuerānt. remearent peremptaqȝ hoſtiū multa milia narrauerūt. Quamobrem letatus princeps theodoſium fecit imperatorem.

¶ Socrates.

¶ Conſulatu auſonij ⁊ olibrij xvi. die menſis ianuarij.

¶ Theodoricus.

Raditaqȝ ei ſceptrorū parte valētis. ipe rurſus ad ytaliam redijt. ⁊ illum ad regna collata trāſmiſit. Mox igitur vt imperiū ſumpſit pre omnibꝫ de concordia eccleſie cogitauit et vniuſcuiuſqȝ preſulatus epiſcopos cōſtantinopolim cōuenire precepit. hec ſola erat arriano plena cōtagio. nā occidens liber huiuſmodi languore permanſit. Conſtantinus eni ſenior filiorū conſtantini maioris. ⁊ conſtans iunior paternā fidem integram ſeruauerūt. Rurſus etiā valentinianus imperator heſperie inuiolatā cuſtodiuit pietatē. Orientis aūt tractꝰ multiphariā huiuſmodi labe cōpletus eſt. Arrius eni alexandrine ꝑſbyter ciuitatis. hanc tibi genuit blaſphemiā poſt quem euſebius patrofilus et aecius paleſtini ⁊ paulinus gregoriꝰ phenices theodoluſqȝ poſt quos etiā athanaſiꝰ ⁊ narciſſus cilices. ⁊ alij plurimi male iactata ſemina nutriuerūt. Hijs igitur nequiſſimis cultoribus. fuit cooperator conſtantinus atqȝ valens. Pro hac ergo ſolummodo cauſa theodoſius ſuo ſubiacentes impio cōſtantinopoli cōgregari precepit epiſcopos.

¶ Socrates.

## Capitulum. v.

Praterea macedoniani poſt legatiōem ad liberiū deſtinatā. aliquādo tēpore ſine diſcretiōe cōmunicabāt. ipſe et q̄ ab initio definitionē fidei nicene ſuſceperant. Cūqȝ lex principis gratiā licentia religionibus ſicuti vellēt cōmunicare ꝓhibuiſſet. denuo ſunt diuiſi ꝯgregatiqȝ in antiochia. ſtatuerūt vocē cōſubſtantialitatiſ amouendā. ⁊ venerātibꝫ nicenā fidem nō eſſe cōmunicandū. Sed plurimi videntes eorū varietatē receſſerūt ab eis ⁊ cōſubſtantialitatis ſectatoribꝫ vniti.

¶ Sozomenes.

## Capitulum. vi.

Cumqȝ theodoſiꝰ bello barbaros ſuperaſſet ⁊ illi romanos amicos habere deꝑcarenᷣ cauſa federis acceptis obſidibꝫ theſalonicā venit. vbi dum egritudinē incurriſſet ab acolio eiꝰ ciuitatis ēpo baptiſatus eſt. licet a ꝓgenitoribꝫ xpianū dogma ⁊ fidem niceni cōcilij ſequereᷣ.

¶ Socrates.

Hunc igiᷣ baptiſari cupiens ꝓpter infirmitatē theſalanicenſiū reqſiuit ēpm cuius fidei eſſet. Quo reſpondente. qm̄ arriana peſtis in illiricū nō valuiſſet accedere: ſed inuiolatā ab inicio fidē nicenūqȝ conciliū conſeruarēt. Ille libenter eius verba ſuſcipiēs. baptiſatus atqȝ egritudine liberatus eſt.

¶ Sozomenes.

## Capitulum. vii.

Cogitans igitur īpator quia meliꝰ eſſet pronūciare ſubiectis cuius eſſet fidei. ne videreᷣ vim facere ſi quenqȝ ſubito inuitū ad cultū religiōis impelleret. legem a theſalonica populo cōſtantinopolitano propoſuit. Hoc eni viſum eſt. vt veluti de

quadã ciuitatis arce omnibꝫ ſubiectis: aliꝫ ſcꝫ ciuitatibus indicante ſcriptura fieret manifeſta. Cuius verba ſunt hec. Imperatoꝛ gratianus. valentinianus ⁊ theodoſius auguſti. ad populũ vꝛbis cõſtantinopolitane. Cũctos populos quos clementie noſtre regit tẽperamentũ in tali volumus religione verſari. quã diuinũ petrum apoſtolũ nouimus tradidiſſe romanis. Religio vſqꝫ nunc ab ipo inſinuata declarat q̃mqꝫ pontificem damaſuꝫ ſequi claret. ⁊ petrum alexandrie epiſcopum virũ apoſtolice ſanctitatis. Hoc eſt vt ſcõm apoſtolicam diſciplinã euangelicãqꝫ doctrinam patris ⁊ filiꝫ ⁊ ſpũſſancti vnam deitateꝫ ſub pari maieſtate. ⁊ ſub pia trinitate credamus. Hanc legem ſequẽtes chriſtianoꝝ catholicoꝝ nomẽ debemus amplecti. reliquos vero demẽtes veſanoſqꝫ iudicantes. heretici dogmatis infamiam ſuſtinere diuina primũ vindicta. poſt etiam motus noſtri quẽ ex celeſti arbitrio ſumpſerimus vltione plectendẽ dos data. iiij. kal. Mar. theſalonice gratiano v. ⁊ theodoſio auguſtis conſulibꝫ. Hec ſanciens poſt paululũ cõſtantinopolim venit.

## Capitulum. viij.

Unc igitur gregorius nazanzenꝰ cõmuni decreto multoꝝ epiſcopoꝝ in cõſtantinopoli tranſmutatus intra ciuitatem in paruo oꝛatoꝛio ſacra celebꝛabat: Cui loco poſtea princeps baſilicã maximam copulantes. eã vocauerũt anaſtaſiam.

¶ Sozomenes.

## Capitulum. ix.

Ue non ſolum pulchꝛitudine ⁊ magnitudine. verum apertiſſima apparitione dei noſcit̃ illuſtrari. Illic eñ diuina virtus in ſomnis ⁊ aperte. plurimis ⁊ frequenter multiſqꝫ languentibꝫ ⁊ in reruꝫ periculis conſtitutis ſubueniſſe dinoſcit̃. ita vt crederetur ab aliquibꝫ ſanctã mariã chꝛiſti matrẽ virginem hanc eſſe cũ tali nanqꝫ habitu multis oſtendit̃. Quam baſilicam ideo anaſtaſiã vocant ſicuti reoꝛ: eo ꝙ dogma niceni conciliꝫ conſtantinopoli quaſi iam moꝛtuuꝫ colice. expoſitiõibꝫ gregoꝛiꝫ reſurrexerit. Ego tamẽ audiui quoſdam verbiloquos retuliſſe. dum populus illic cõgregaret̃ ad miſſas. mulier pꝛegnans de ſuperioꝛi porticiꝫ cadens defuncta eſt. Tunc cõmuni oꝛatione facta ſup̱ ea reuixit. ⁊ cũ partu ſaluata eſt. Quã obꝛem nimis inopinabilem anaſtaſie nomẽ. idem reſurrectionis accepit.

¶ Socrates.

## Capitulum. x.

Regoꝛius itaqꝫ vir eloquẽtiſſimus ac venerandus agnoſcens aliquos murmurare: eo ꝙ eſſet ex alia ciuitate adueniente pꝛincipe cõſtantinopoli habitare declinabat. Imperatoꝛ tamen dũ in tali ſtatu inueniſſet eccleſias. cogitabat quemadmodũ pacificaret oẽs. ⁊ cũctas augeret eccleſias. Mandauerat ergo repente dimofilo qui tũc arriane religioni p̃ſidebat. Si vis inquit credere ſcõm niceni dogma conciliꝫ iuuet̃ populus ⁊ ſuſcipiat pacem. Cumqꝫ ille pꝛopoſitionẽ huiuſmodi fugiſſet. tũc imperatoꝛ. Si pacem inquit ꝯcoꝛdiamqꝫ declinas. fugere te etiam a ſacris baſilicis ego pꝛecipio Hoc audiens dimofilus ⁊ cogitans q̃ graue eſſet potioꝛibꝫ reſultare. conuocãs in eccleſiam plebẽ. et ſurgens in medio cuncta hec p̱ ſe ſubiectis verba locutus eſt. Fratres. Scriptum eſt in euangelio. ſi perſecuti vos fuerint ex iſta ciuitate: fugite in aliam. Quia igit̃ imperatoꝛ eccleſiꝫs opus habet. ſcitote craſtina nos collecta foꝛis vꝛbem celebꝛaturos. Hec cum dixiſſet. egreſſus eſt. Non tamen ſic intelligens euangeliꝫ verba quẽadmodũ dicta ſunt. illic enim pꝛecipit̃. vt fugientes habitationẽ mundanã. hieruſalem requirant ſupernam. Egreſſus vero a ciuitate ante poꝛtas cõ conciliabula celebꝛabat. Cuꝫ quo ſimul exiꝫt lucius. alexandria pulſus: quia tunc cõſtantinopoli moꝛabat̃. Sic itaqꝫ theodoſiꝫ concoꝛdiam nõ ferẽtes. poſt quadraginta annos eccleſias quas vi tenuerant reliquerunt. egreſſi de ciuitate vero conſulatu gratiani ⁊ theodoſiꝫ pꝛimo menſe nouembꝛio. Quo facto. nicene fidei ſectatoꝛes. eccleſias receperunt.

¶ Sozomenus.

## Capitulum. xi.

Situr cum eunomius valentis tempoꝛibus a ſuis cleric̃ receſſiſſet. apᷣ ſemetipm in bithinia moꝛabat̃ vir ille callidus ⁊ dicendi peritus. Multuſqꝫ populus concurrebat ad eum. aliꝫ experiri volẽtes. aliꝫ audire que diceret. Hoꝝ fama peruenit ad pꝛincipem. Cum quo ipe quoqꝫ voluit habere ſermonẽ: ſed auguſta placilla pꝛecibus eum retinuit. Erat enim fideliſſima ⁊ ni

ceni dogmatis iura ſub integritate ſeruabat. timuitq; ne vt aſſolet eloquio viri callidi captus imperator facile ſectã eius incurreret.

Theodoricus.

## Capitulum.xij.

Preterea cũ epi centũ ꝛ quinquaginta fuiſſent conſtantinopoli congregati. precepit imperator vt nullus proderet q̃s eſſet maximus ille melecius. Volebat enim ex memoria ſui ſomnij virũ illuz ſibimet indicari. Cum ergo om̃is illa multitudo pontificum regiam introiſſet domuz relictis omnibus ad magnũ cucurrit meleciuz. ꝛ veluti quidam filius patris amator. poſt multũ tempus paterna viſione potitus amplectebatur eum et ſimul oſculabatur oculos. labia. pectus. caput dexteram. que eum in ſomnio coronauerat inſinuauitq; illi quaz videret viſionẽ. Cumq; etiam ceteros cõgrue ſalutaſſet. rogauit tanq̃ patrem vt de reb9 p̃ſentibus cogitarent ꝛ vt in vrbẽ conſtantinopolitana ordinaret̃ epiſcopus.

❡ Socrates.

Et cum ſperaret poſſe macedonianos vniri etiam eoꝛũ cõuocauit epiſcopos. Cõuenerunt ergo de conſubſtantialitat̃ fide thymotheus alexandrinus cyrillus hieroſolymitanus poſt penitentiã in conſubſtantialitatis dogma conſentiẽs. melecius antiochie ꝛ acolius theſalonice. alijq; plurimi. ita vt. c.l. nũerus impleret̃. Macedonio ꝑ ꝓ p̃erat eleuſius cizici ꝛ laſaci marcianus. Erantq; ſimul. xxxvj. quoꝛũ plurimi eſſe videbantur de ciuitatibus helleſponti. Conuenerũt itaq; cõſulatu euchari ꝛ euagrij mẽſe mayo. Igitur imperator ꝛ epiſcopi part̃ eius laborabant vt eleuſius eiuſq; ſequaces vnirẽtur eccleſie cõmemorante eos legatione quã miſerant ad liberium tũc romane vrbis epiſcopũ per euſtachium: ꝛ quia dudũ ſponte ei cõmunicaſſent. ne eſſet ſine pudore vt ſubito bene prius placita permutarent. At illi eius monita apertaq; conuicia parui pendentes elegerunt ſequi potius arrianã peſtem. q̃z conſubſtantialẽ dicere trinitatẽ. Hec fatentes de cõſtantinopoli ſunt egreſſi. et ſcribebant alteru tris. ne quis eoꝛũ in niceni concilij dogmate conſentirent.

## Capitulum.xiij.

Gregorius itaq; qui tunc conſtantinopolitanã regebat eccleſiam ad naziazum remeare tendebat. p quo cuz epiſcopo conſtantinopolitana vacaret eccleſia. thimotheus alexandrinus petri ſucceſſor maximũ quendam cinicum ordinauit epiſcopum. cum imperator totondiſſet eum. Is eñ erat etiam appollinaris veſanie farcinatus. ſed non pertulerunt hoc malũ viri ſanctiſſimi conſtantinopoli congregati. Et dum egyptij maxime ſe pro eius ordinatione ſeparaſſent. ſacra officia cuz gregorio celebrauit. At ille grauiter ferens rurſus factam diuiſionẽ. exorabat vniuerſos: vt laude dignuz virum quererent. quẽ pontificẽ ordinarent. Tunc illi eius verbis acquieſcentes. nectariũ generis nobilitate decoratum. conſtituerunt conſtantinopolitane ei ciuitatis epiſcopũ. Maxime vero apollinaris contagio laborantem nudatum pontificali dignitate proiecerunt. Tunc etiam regulã protulerunt. vt cõſtantinopolitanus epiſcop9 haberet honoris priuilegia poſt põtificem romanũ. eo q̃ noua roma eſſet firmauerũtq; rurſus nicenam fidez ꝛ patriarchas cõſtituerunt diſtribuẽtes prouicias vt epiſcopi vniuſcuiuſq; dyoceſis ad eccleſias non irent extraneas. Hoc eñ primitus propter pſecutionis tempus indifferẽter agebat̃. diſtribuerũt itaq; nectario quidez maximã ciuitatem. ꝛ trachiam ponticã vero dyoceſim helladio. qui poſt baſilium fuit ceſaream cappadocie gregorio niſeno. baſilijq; germano troilo quoq; meletine armenie ius patriarche dederũt. aſianam vero dyoceſim iconij amphilocius eſt ſoꝛtitus optimus autem antiochie piſſidie. egyptuz quoq; thymotheo alexandrino diſtribuerunt. Porro eccleſiarum orientalium gubernationez preſulib9 cõmiſerũt. pelagio laodiceno. ꝛ diodoro tharſi antiochene eccleſie priuilegia reſeruãtes. q̃ tunc melecio preſente dederũt. Diffinierunt pariter vt ſiquidẽ in prouicia qualibet emergeret prouincie cõcilio finiretur. In hijs omnibus ſuũ prebuit etiã imperator aſſenſum.

❡ Theodoricus.

Paruo ſiquidem tempore tranſeunte. Sanctus quidez melecius eſt defunctus ꝛ ab omnibus ſapientib9 cuz preconijs maximis eſt ſepultus.

❡ Theodoricus.

## Capitulum.xiiij.

Etate vero ſequenti rurſus plures
epiſcopi ad conſtantinopoli pro cau
ſis eccleſiaſticis ſunt reuerſi. Ubi oc=
cidentalium epiſcoporū ſynodicam ſuſcepe
runt epiſtolam inuitantē eos ad romā vt il
lic maximū celebraretur concilium. Sed illi
quidē profectionē quaſi nihil habiturā lu=
cri refugerunt. Uerum litteras direxerūt da=
maſo. ceteriſq; preſulib⁹ quas ꝓ clariori noticia
ſubdere neceſſariū iudicaui. Dominis hono
rabilibus atq; venerandis fratribus ꝛ cōmi
niſtris damaſo. ambroſio. brutonio. valeria=
no. acolio. baſilio. ꝛ reliquis ſanctis epiſco=
pis in maxima roma collectis. ſancta ſynod⁹
orthodoxorū epiſcoporum congregatorum
maxima ciuitate. conſtantinopoli in domino
ſalutem.

Unc ignoranti veſtre reuerētie inſinua
re atq; narrare multitudinē paſſionum
ab arriana potentia nobis ſepius illatarum
forſitan ſuperuacuū eſt. Non enī ita neglige
re veſtram credim⁹ ſanctitatē. vt adhuc egea
tis diſcere quo certū eſt condolere. Sed ne=
q; tales nos conſtrixere tempeſtate: vt pro ſui
paruitate latere potuiſſent. neq; tempus per=
ſecutionis eſt nouū. Sed adhuc memoriam
ſeruat antiquā. non ſolū in hijs qui paſſi ſunt
Sed etiam meis qui participes ſunt illorū
quorū proprias iudicant paſſiones. Heſter=
no enim. vt ita dicamus. aut hodie ex illorū
vinculis reſoluti. poſt innūeras tribulatiōes
ad eccleſias proprias ſunt reuerſi. aliorū ve=
ro in exilio defunctorū funera reuocata ſunt.
quidam ꝟo etiam ab exilio remeantes ꝛ fer=
uenti hereticorum furore detenti amariora q̃
in exilio in proprijs ſunt perpeſſi lapidib⁹ ab
eis obruti ſupplicijs: adhuc ſtigmata chriſti
ꝛ vulnera in ſuo corpore circumferre noſcū=
tur. Pecuniarum ꝟo diſpendia. honoris ad=
emptiones ſingulorumq; confiſcatiōes ꝛ ma=
chinamēta iniurias atq; vincula quis nume=
rare valebit ad ſingula et omnes enim tribu
lationes vere ſuper nos multiplicate ſunt vl
tra numerū: iuſte quidem quoniā valde pec
cauimus aut certe clemens dominus paſſio
num multitudine nos voluit exerceri. Pro=
pter hec itaq; gratias deo referimus qui et ꝑ
tantas tribulationes ſeruos corripit ſuos ꝛ
ſcd͠m multitudinem miſericordiarum ſuarū
deduxit nos rurſus ad refrigerium. Nobis
itaq; tempus ꝛ labor maximus neceſſarius
fuit. quatenus emendatio proueniret eccleſia
rum vt tanq̃ lōga egritudine diligentia pau
latim adhibita. priſcam pietatis redderet ſa=
nitatem. Hoc etenim modo putabimur per
ſecutionib⁹ acerrimis liberari. et eccleſias lon
go tempore ab hereticis detētas denuo repa
rari. veruntamē graues adhuc nobis ſunt lu
pi qui poſtq̃m de eccleſijs expulſi ſunt. ex ip=
ſis paſcuis oues abripiūt collectas: facere cō
tendentes populos commouentes ꝛ in nullo
ſegnes ad eccleſie leſionem. Erat itaq; ſicuti
diximus neceſſariū huic operi tempus. qui
tamen fraternam circa nos charitatem mini
ſtrantes ſynodū in romana vrbe dei volunta
te feciſtis. et nos illuc tanq̃ membra propria
litteris deo ammirabilis principis euocaſtis
vt quoniā tunc ad tribulationes ſoli ſum⁹ ad
ducti: nunc ſub imperatorum pia concordia
non ſine nobis regnaretis. Sed etiā nos vo
biſcum ſcd͠m apoſtolicam vocem conregna=
remus. Oratio quidem noſtra fuit ſi eſſet poſ
ſibile vt omnes noſtras ſimul relinquentes
eccleſias deſiderio vtili iūgeremur. Quis enī
nobis dabit pēnas ſicut columbe vt volem⁹:
ꝛ apud vos requieſcamus. ſed quoniam hoc
omnino nudabat eccleſias requie nuꝑ incho=
ante. reſq; nimis erat plurimis impoſſibilis.
quia concurreramus in vrbem conſtantino
politanam. cauſa litterarū anno directarum
a veſtra charitate poſt aquilienſe conciliū ad
deo amabilem imperatorē theodoſium. pro=
pter hanc ſolummodo cauſam vſq; ad con=
ſtantinopolim preparati. et de hac tantūmo=
do ſynodo ferentes conſenſum epiſcoporū
qui per prouincias remanſere. maioris vero
perfectionis. neq; ſperantes opus. neq; etiā
peraudientes omnino anteq̃ conſtantinopo
lim veniremus. Super hec autem induciarū
anguſto tēpore faciente. neq; preparare nos
valentes ad longam profectionem: neq; vni=
uerſos cōmunicatores noſtros in prouīcijs
poſitos cōmonere ꝛ eorum conſenſum ſume
re preualentes. Quoniā igitur hec alia mul=
ta plurimorū aduentum prohibere videban
tur quod erat ſcd͠m effectum rerum et veſtre
circa nos charitatis oſtenſionē hoc egimus
reuerendiſſimos atq; chariſſimos fratres et
cōminiſtros noſtros epiſcopos ciriacum eu
ſebium ꝛ priſcianū vſq; ad vos laborare a=
lacriter exornantes per quos ꝛ noſtram volū
tatem pacificā ꝛ intentionem habentē vnita
tis oſtendimus. zelumq; noſtrū quem ſalu=
berrima fide gerimus indicamus. Has ete=
nim perſecutiones ſiue tribulationes ſiue mi
nas imperiales: ſiue crudelitates iudicum ſia

ue quaſlibet alias temptationes hereticoruʒ
libenter ſuſtinuimus pro euangelica fide.
que in nicea bithinie a trecentis decem ⁊ oc-
to patribus roborata dinoſcitur. hanc etenī
⁊ vobis ⁊ nobis omnibus qui nō ſubuertūt
verbum vere fidei complacere confidimus.
cum ſcimus antiquiſſimū exiſtere ⁊ ſequaceʒ
baptiſmatis docentē que nos credere in no-
mine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti diuinita-
tem quippe et virtutem ac dignitatem ⁊ impe-
rium coeternū in tribus perfectiſſimis ſubſi-
ſtentijs. ſeu tribus perfectis perſonis vt neq̧
ſabellij languor habeat locum cōfuſione ſub-
ſiſtentiarū aut peremptione proprietatū. ne-
q̧ eunomianorum ⁊ arrianorū ⁊ pneuma-
cōmachorū. id eſt ſpiritui reſiſtentium blaſ-
phemia preualeat. ſubſtantia videlicet ſcđm
illos aut natura aut diuinitate diuiſa et in-
create conſubſtantiali ⁊ coeterne trinitati po-
ſtrema quedam ⁊ creata ⁊ alterius ſubſtantie
natura detur. In humanationis vero chri-
ſti ſermonē ſine aliqua violatione ſeruamus.
neq̧ ſine anima neq̧ ſine mente. aut imperfe-
ctam carnis diſpenſationeʒ ſuſcipientes: ſed
totum ſcientes perfectum quidem ante ſecu-
la exiſtere deum verbum. perfectum vero ho-
minē in nouiſſimo dierum propter noſtram
ſalutem factum. Igitur que de fide a nobis
aperte predicant̄ velut in ſumma hec eſſe no-
ſcuntur. de quibus amplius inſtrui poteritiſ
ſi ⁊ tomum in antiochia factuʒ a ſynodo ibi
cōſtituta dignemini legere. ⁊ quo anno in cō-
ſtantinopoli ab vniuerſali ſynodo cognoſci-
tur eſſe prolatum. in quibus latius fideʒ pro-
feſſi ſumus. ⁊ contra nouitates hereſium nu-
per exortas anathema ex ſcripto protulim⁹.
De diſpenſationibus autem particularibus
eccleſiarū. antiqua ſicuti noſtis ſanctio tenu-
it. ⁊ definitio ſanctorū patrum in nicena con-
uenientium ſcđm vnamquāq̧ prouinciam.
Et ſi pontifices voluerint vt cum eis vicini
propter vtilitatem celebrant ordinationes. q̄-
bus rebus conſequenter ⁊ ceteras eccleſias
apud nos edificari cognoſcite ⁊ in ſignū ec-
cleſiarum hec approbaſſe ſacerdotes Porro
conſtantinopolitane vrbis nouellā. vt ita di-
camus eccleſiam velut ex ore leonis hereticꝭ
ſubfoſſam blaſphemij abſtraximus. ⁊ ꝑ mi-
ſericordias dei reuerendiſſimū ⁊ deo amabi-
lem nectarium epiſcopū ordinauimus. coraʒ
vniuerſali concilio cū cōmuni concordia ſub
aſpectu etiam deo amabilis imꝑatoris theo-
doſij. vniuerſiq̧ cleri. cuncta decernente pari-
ter ciuitate. In femore autem ⁊ vera apoſtoli-
ca eccleſia antiochie ſyrie. in qua prius vene-
rabile chriſtianorum appellatum eſt nomen.
reuerendiſſimū ⁊ deo amabilem epiſcopū fla-
uianum ⁊ vniuerſa prouincia et de orientali
dyoceſi concurrentes. regulariter ordinarēt
omni eccleſia pariter decernente. et quaſi ſub
vna voce hunc honorente virum. Quam or-
dinationem tanq̄ legalem ſuſcepit cōmune
concilium. In matre autem cunctaruʒ eccle-
ſiarum hieroſolymis conſtituta reuerendiſſi-
mū et deo amabilem cyrillum epiſcopuʒ eſſe
ſignificamus. qui regulariter olim a prouin-
cialibus ordinatus. plurima propter arria-
nos diuerſis temporib⁹ certamina paſſus eſt
His igitur tā legaliter ⁊ canonice apud nos
geſtis etiam veſtram reuerentiā congaudere
depoſcimus. ſpirituali intercedente dilectiōe
⁊ timore diuino. per que humana remouetur
offenſio. et eccleſiarum edificatio preponitur
vniuerſis. Sic et enim verbo fidei concordā-
te ⁊ chriſtiana in nobis charitate firmata ceſ-
ſauimus dicere quod reprehendebat apoſto-
lus. Ego quidem ſum pauli. ego vero apollo
ego autem cephe. dum omnes videlicet appa-
reamus chriſti qui nobis diuiſus non eſt. et
ſi ſine ſciſmate corpus eccleſie deo iuuāte ſer-
uemus. cum fiducia ante deū ad tribunal ſta-
bimus. Hec contra arrij ⁊ etij eunomijq̧ ve-
ſaniā. necnon contra Sabellij fotini. Mar-
celli. Samoſateni. et Macedonij. conſcripſe-
runt. Similiter autem ⁊ apollinaris noui-
tatem palam abdicauerūt. dicentes in huma-
nationes vero domini ſine violatione ſerue-
mus. neq̧ ſine anima neq̧ ſine mente. aut im-
perfectā carnis diſpenſationem ſuſcipientes.
Porro damaſus om̄i laude digniſſimus hāc
agnoſcens hereſim exortam fuiſſe. non ſoluʒ
apollinarem: ſed etiam thimotheum diſci-
pulum illius abdicauit. Et hoc orientem gu-
bernantibus epiſcopis. litteris proprijs indi-
cauit. Quas curaui ſubter adnectere.

¶ Epiſtola damaſi vrbis rome pontificis.

## Capitulum. xv.

Voniā apoſtolice ſedi reuerentiam
debitā charitas veſtra diſtribuit no-
bis plurimū chariſſimi filij preſtiti-
ſtis. nā licʒ eccleſie in qua ſanctus apoſtolus
reſidēs docuit. quodammō nos gubernacl'a
q̄ ſuſcepim⁹ teneam⁹. tm̄ ꝯfitemur nos hono-
re miores eſſe. ⁊ ꝓpterea om̄i mō feſtinam⁹ vt
ad gl'iam ei⁹ b'titudis ꝯuenire poſſim⁹. Sci

rote igitur. quia dudũ thimotheũ ꝓphanum
ineruditũ. apollinaris heretici diſcipulũ cũ
impio eius dogmate cõdemnauimus. nec vl
tra cõcedimus eius reliquias qualibet ratio=
ne de cetero preualere. Si autẽ adhuc ille ſer
pens antiqu⁹ ſemel ꝛ ſecũdo ꝑcuſſus ad pe=
nam propriã reuiuiſcit. quiq3 extrane⁹ ab ec
cleſia eſt. mortiferiſq3 venenis ſuis quoſdam
infideliũ temptare non ceſſat. hanc tanq̃ pe=
ſtiferam declinate corruptionẽ. quaten⁹ vos
memores apoſtolice fidei que ꝑcipue in vr=
be nicena a patribus ex ſcripto prolata eſt. fir
mo gradu ſtabiles in fide ꝛ immutabiles per
duretis. ꝛ non vaniloquia et exterminabiles
queſtiones ab iſto audiri patiamini clericos
veſtros aut plebem. Jam eñ ſemel formã de
dimus. vt qui ſemetipm̃ cognouerit chriſtia=
nũ illud ſeruet ꝙ apoſtolis noſcitur eſſe con=
tradictuz dicente ſancto paulo. ſiquis vobis
annũciauerit preter ꝙ accepiſtis: anathema
ſit. Chriſtus eñ filius dei dominus noſter.
humano generi per propriã paſſionẽ ſuaz ſa
lutẽ pleniſſimã cõdonauit. vt totum hominẽ
delictis obnoxiũ. peccatis omnib⁹ liberaret.
Huc ſiquis in deitate ſiue in humanitate di=
xerit minus. aliquid habuiſſe plenus ſpiritu
dyaboli gehenne ſemetipm̃ filium demõſtra
uit. Cur itaq3 rurſus a me queritis damnati
onẽ timothei. qui ꝛ hic iudicio apoſtolice ſe=
dis ꝑſente quoq3 petro alexandrine ciuitatis
epiſcopo cũ apollinari ſuo doctore damnat⁹
eſt. et in die iudicij tormẽta debiti ſupplicij ſu
ſtinebit. Si vero quibuſdã leuiorib⁹ ille ſua
det veluti quandã ſpem habẽs. qui verã ſpez
in chriſti confeſſione mutauit. Sciant ſe cuz
iſto ſimiliter perituros. cum quo eccleſiaſtice
regule reſultabũt. Deus tuos incolumes cu=
ſtodiat fili chariſſime.
¶ Sed etiam alia quedã in eminẽtiſſima ro
ma colligentes contra diuerſas hereſes con=
ſcripſerũt que huic opi neceſſario ſubdere iu
dicaui. ¶ Profeſſio catholice fidei quam pa=
pa damaſus deſtinauit ad paulinũ epiſcopũ
in macedoniã qui fuit theſalonica.

## Capitulum. xvj.

Voniã poſt nicenũ conciliũ talis er=
ror exortus eſt. vt quidam dicere pro
phano ore preſumant ſanctũ ſpiritũ
per filiuz fuiſſe factum anathematizam⁹ eos
qui non eũ predicãt omni libertate cũ patre ꝛ
filio ſanctũ ſpiritũ vnius eiuſdeq3 ſubſtantie
atq3 poteſtatis exiſtere. ij.

Similiter autẽ anathematizam⁹ ꝛ eos q̃ er=
rorẽ ſabellij ſunt ſecuti. eundem dicentes pa=
trem eſſe quẽ filium. iij.
¶ Anathematizamus arriũ ꝛ eunomiũ. qui
ſimili impietate licet verbis diſcrepant filiuz
tñ ꝛ ſpiritũ ſctm̃ creaturã eſſe cõfirmãt. iiij.
¶ Anathematizam⁹ macedonianos q̃ ex ar=
riana radice deriuati. non impietatẽ ſed vo=
cabulum mutauerunt. v.
¶ Anathematizamus fotinũ qui hebiõis he
reſim renouãs. dominũ ieſum chriſtum ſoluz
ex maria confitetur. vj.
¶ Anathematizam⁹ eos qui duos filios eſſe
profitentur. vnũ ante ſecula. ꝛ alium poſt car
nis aſſumptionẽ. vij.
¶ Anathematizam⁹ ꝛ hos q̃ pro rõnali ani=
mũ cõfirmãt. quia dei verbũ in humanã car=
nem cõuerſum eſt. ipſe nãq3 filius verbũ dei
nõ pro rõnali aĩa ꝛ intelligibili in ſuo corpe
fact⁹ eſt. ſed noſtrã hoc eſt rõnalem ꝛ intelligi
bilem animaz ſine peccato aſſumpſit atq3 ſal
uauit. viij.
¶ Anathematizamus ꝛ eos qui dicũt verbũ
dei productione ꝛ corruptione a patre ſepa=
ratũ. ꝛ ſine ſubſiſtentia eum aut terminandũ
eſſe blaſphemauit. ix.
¶ Hos autẽ qui ab eccleſijs ad alias ecclias
migrauerunt: tamdiu a noſtra cõmuniõe alie
nos habem⁹: donec ad eos redeant ciuitates
in q̃bus primitus ordinati ſunt. x.
¶ Si quis autẽ alio de loco ad locũ migrãte
inuentus eſt. tamdiu vacet ſacerdotij dignita
te qui propriã deſeruit ciuitatẽ donec ſucceſ=
ſor eius requieſcat in domino. xj.
¶ Si quis nõ dixerit ſemp patrẽ ꝛ filiũ ꝛ ſpi
ritũ ſanctũ eſſe: anathema ſit. xij.
¶ Si quis nõ dixerit filiũ natũ ex patre. hoc
eſt ei⁹ diuina ſubſtãtia: anathema ſit. xiij.
¶ Si quis nõ dixerit verũ deũ filiũ dei ſicut
verũ patrẽ eius ꝛ oĩa poſſe ꝛ omia noſſe ꝛ pa
tri equalẽ eſſe: anathema ſit. xiiij.
¶ Si quis dixerit quia in carne degẽs filius
dei cũ eſſe in terra in celis ꝛ cum patre nõ fu=
it. anathema ſit. xv.
¶ Si quis dixerit quia in paſſiõe crucis do
lorẽ paſſus eſt filius dei de⁹ ꝛ nõ caro cũ aĩa
que induta eſt forma ſerui quã ſibi ꝛ aſſum=
pſit ſic ſctã ſcptura dixit: anathema ſit. xvj.
¶ Si quis nõ dixerit q̃a in carne quã aſſum=
pſit ſedet in dextera pr̃is. in q̃ etiã ventur⁹ eſt
iudicare viuos ꝛ mortuos: anathe. ſit. xvij.
¶ Si quis nõ dixerit ſpiritũ ſanctũ ex patre
eſſe vere ꝛ proprie ſicut ꝛ filiũ ex diuina ſub=

ſtātia ꝛ deū dei verbū: anathema ſit. xviij.

¶ Si quis nō dixerit oīa poſſe ſpiritū ſanctū ꝛ oīa noſſe. ꝛ vbiqꝫ adeſſe ſicut ꝛ filiū ꝛ patrem: anathema ſit. xix.

¶ Si quis dixerit ſpiritū ſanctū facturā aut filium factum: anathema ſit. xx.

¶ Si quis non dixerit oīa per filiū ꝛ ſpiritū ſanctū feciſſe patrem: hoc eſt viſibilia ꝛ inuiſibilia: anathema ſit. xxi.

¶ Si ꝗs non dixerit pr̄is ꝛ filij et ſpūſſancti vnā deitatē. poteſtatē. diuinitatē. virtutē. vnā gloriā. dn̄ationē. imperiū. vnā voluntatem ꝛ veritatē: anathema ſit. xxij.

¶ Si quis tres pſonas nō dixerit veras. patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti equales. ſempꝛ viuētes. oīa cōtinētes. viſibilia ꝛ inuiſibilia. oīa potentes. oīaqꝫ ſaluātes: anathema ſit. xxiij.

¶ Si quis nō dixerit adorandū ſpiritū ſanctū ab vniuerſa creatura ſicut filiū ꝛ patrem: anathema ſit. xxiiij.

¶ Si quis de pr̄e ꝛ filio bn̄ ſapuerit. de ſancto aūt ſpiritu nō recte crediderit: hereticꝰ eſt ꝗa oēs heretici de filio dei. ꝛ de ſpiritu ſancto male ſapientes in iudeorū atqꝫ gentiliū incredulitate cōſiſtere conuincunt̄. xxv.

¶ Si quis autē diuiſerit deū patrē dicens et deū filiū ꝛ deum ſpiritū ſanctū affirmans deos dici ꝛ non deū. ꝓpter vnā deitatem ac poteſtatē quā eſſe credimus ꝛ nouimus patris ꝛ filij ꝛ ſpūſſancti deum vnū. ſubtrahēs ꝓo filiū ꝛ ſpiritū ſanctū tanqꝫ ſolū opinatus patrem deū. anathema ſit. Nomen em̄ deorum ꝛ angelis ꝛ hominibꝫ ſanctis a deo poſitum eſt atqꝫ donatū. De patre ꝓo ꝛ filio ꝛ ſpū ſancto propter vnā equalēqꝫ diuinitatē nō deorū nomīa: ſed dei noſtri tradit̄ atqꝫ ſignificat̄ vt credamus ꝗa in patre ꝛ filio ꝛ ſpū ſancto ſolūmodo baptiſamur ꝛ nō in archangelorū ꝛ angelorū nomibꝫ ſicut heretici. aut ſicut iudei gentileſqꝫ veſaniūt. Hec ergo chriſtianorū ſalus eſt vt credentes trinitati. hoc eſt patri ꝛ filio ꝛ ſpūi ſancto: ꝛ in ea baptiſati vnaꝫ deitatē. poteſtatē. diuinitatē ꝛ ſubſtantiam in ea eſſe credamus. Hec itaqꝫ gratiano viuente facta ſunt.

¶ Socrates.

## Capitulum. xvij.

Preterea theodoſius impator corpus epī pauli de anqra reuocari fecit. quē philippus pfectꝰ ꝓpter macedoniū exilio deſtinatū in cōcuſſo armoenie fecerat ſuffocari. Qđ funꝰ cū honore maximo atqꝫ veneratiōe ſuſcipiēs in eccl'ia recōdidit: ꝙ nunc ex eius noīe noſcit̄ appellari. quā tūc macedoniani tenuerant ab arrianis diuiſi et expulſi ab imperatore. quia eius noluerāt ſequi fidē.

¶ Sozomemus.

A qua baſilica plurimi neſciētes veritatē paulū apoſtolū illic iacere credunt ꝛ maxime mulieres ac populi. Hoc itaqꝫ tpe etiā melecij reliquie in antiochiā relate ꝛ iuxta ſepulchrū babille martyrꝫ noſcunt̄ eſſe recondite. Fertur em̄ qꝛ per totā viam iuſſu pn̄cipis miniſtrante cūctis ciuitatibꝫ cū pſalmodia ꝛ honore debito funꝰ eius vſqꝫ ad antiochiam fuerit renouatū.

## Capitulum. xviij.

Post hec theodoſius impator filiū ſuū archadiū deſignauit auguſtū. cōſulatu ꝓo blaudis ſecūdo ꝛ ſaturnini. xvj. ianuarij mēſis die. Nō longo poſt tpe aderāt vndiqꝫ totiꝰ religiōis epī eodem cōſulatu iunio menſe.

## Capitulum. xix.

Post hec euocās impator nectariū: tractabat cū eo ꝗd fieret vt non xp̄ianitas diſcordaret: ſed tota vniret̄ eccleſia. Dicebat aūt. O portet examiari queſtionē eccl'ias ſegregantē. qꝛ dū diſcordia recederet: eccl'ias concordia cōgregaret. Hoc audiens nectarius: cogitabat ꝛ euocans ageliū tunc nouatianorū epiſcopū tanqꝫ in fide cōſortē: indicauit ei votū impatoris. At ille cuꝫ eſſet rebꝫ alijs venerādus de dogmate tū nō valebat reddere rationē. ſed lectorē ſuū ſiſinniū nomīe ſtatuit. ꝗ pro eo deberet pferre ſermonē. virū eloquentē ꝛ rebꝫ expertū. ſūmaqꝫ ſcientē ſacrarū profundiſſima litterarum: ſed etiā philoſophica dogmata. Is ꝗ dixit: quia diſputatio nō ſolū ſciſmata nō vniret: ſed amplꝰ diuideret ꝛ pterea nectario dedit tale cōſiliū. Bene namqꝫ ſciebat: ꝗa veteres patres pn̄cipiū ſubſtantie filio dei dare vitabāt: quoniā pcepiſſent eū patri coeternū. Quapropter dedit conciliū vt diſputatiuas fugeret intentiones ꝛ teſtimoniū ex traditione veterū adhiberet vtqꝫ preſules hereſum requireret imperator vtrum ſermonē vellent facere de antiꝗs eccleſie doctoribꝫ qui ante diuiſionem floruerūt. an certe illos velut alienos a chriſtianitate reſpuerent. ꝛ ſiquidē eos abnegarent obijceret̄ eis. ergo eos anathematiſare pſumite. et ſi hoc perpetrare non preſumerēt. a po-

pulo pellerent̃. Quo facto apertã fore victo-
riam veritatis. Si ꝟo de primis nõ offende-
rent̃ doctoribus. noſtrũ inquit eſt p̄bere vete-
res libros. per quos noſtrũ dogma eorũ teſti-
monio roboret̃. Inter hec cũ nectarius ſiſin-
nio dicente libenter audiſſet. feſtinꝰ ad palla-
ciũ properauit. dixitqꝫ principi conſiliũ ſibi
datũ. At ille ↄſiderata ſentẽtia cauſam ſapi-
enter inſtituebat. Deinde cõuocatis hereſiar-
chis. requiſiuit ſi ſuſcipent magiſtros eccl̃ie.
q̃ ante tẽpora diuiſionis extitiſſent. Illis ve-
ro non abnegantibꝫ: ſed tanq̃ p̄ceptores ho-
norantibꝫ. rurſus imꝑator interrogauit. ſi eis
horũ teſtimonia chriſtiani dogmatis cõpla-
cerent. Hec audiẽtes preſules hereſium atqꝫ
diſputatores eoꝝ. erant enĩ plurimi ad diſpu-
tationẽ pati. Irruit enĩ in oẽs magna diſcor-
dia. aliis dicentibꝫ bonũ imꝑatoris propoſi-
tũ. aliis ꝟo cogitantibꝫ: quia non eorũ expedi-
ret intentioni. dũ alii aliter de libris veterum
ſentire viderent̃. nequaq̃ inter ſe ↄſpirabant.
ſed erant diuiſi non ſolũ aduerſus alias here-
ſes. ſed etiam inter ſemetipſos qui dudũ vniꝰ
hereſis eſſe videbant̃. Quãobrem cõſors ma-
litia ſicut lingue gygantiũ veterũ eſt diuiſa.
et turris eorũ funditus eſt ſubuerſa. Cogno-
ſcens igitur imꝑator eorũ confuſionẽ. ⁊ quia
in diſputatiõe ſolũmodo. ⁊ non in antiq̃s ex-
poſitionibꝫ cõfidebant: alio properauit itine-
re eiſqꝫ declarauit. vt ex ſcripto vnaqueqꝫ re-
ligio terminũ ſue fidei declararet. Tunc calli-
di viri ſingulariũ hereſium ſubtiliter ſua ver-
ba tractantes. dogma propriũ conſcripſerũt.
Erat enĩ diffinitus dies: quo ſinguli epiſco-
poꝝ ad pallaciũ cõuenirẽt. Aderant ergo ne-
ctarius ⁊ agelius cõſubſtantialitatis fidei p̄-
ſidentes. arrianoꝝ vero dimofilus. eunomia-
norũ ipſe eunomius. macedonianorũ Eleu-
ſius cizici. Igit̃ imperator eos q̃ cõuenerant
cõſiderans ⁊ vniuſcuiuſqꝫ dogmatis ſcripta
ſuſcipiẽs. ſeorſumqꝫ recedens. orauit intente:
vt ei cooperaret̃ deus ad veritatis electionẽ.
Deinde vniuſcuiuſqꝫ dogmatis relegẽs ſcri-
pturã alia quidem oĩa tanq̃ diuiſio repen-
te diſrupit et ſolũ cõſubſtantialitatis dogma
cũ laude ſuſcepit. Hec enĩ occaſio fuit. vt no-
uaciani bene agentes. intra ciuitatẽ haberẽt
rurſus eccleſias. Admiratus namqꝫ p̄nceps
eorũ concordiã circa fidẽ. lege p̄cepit vt pro-
pria oratoria detinerent. p̄uilegia ſue eccleſie
atqꝫ fidei poſſiderent. Verũ aliarũ religionũ
antiſtites propter diſcordiam ſuã in reprehẽ-
ſionẽ ſui populi venientes eſtuabãt triſticia-
qꝫ confuſi diſcedebant. ⁊ litteris conſolaban-
tur alterutros: vt non affligerent̃: cur eos plu-
rimi relinquẽtes ad fidem conſubſtantialita-
tis accederet. dicentes multos vocatos. pau-
cos aũt electos. quod vtiqꝫ nõ dicebant. quã-
do multũ populũ per poteſtatem ſibimet ag-
gregabant.

¶ Sozomenes.

Imperator interea lege ſanxiuit vt he-
retici neqꝫ eccleſias haberẽt. neqꝫ de fi-
de docerent. neqꝫ ep̃os aut clericos ordina-
rent. ⁊ alios quidẽ a ciuitatibꝫ expelli. alios ſi-
ne honore eſſe. neqꝫ frui cõmuni ciuilitate ꝑ-
miſit. inſuꝑ crudeles penas aduerſus eos in
lege cõſcripſit. quas tamen executus non eſt.
Studebat enĩ vt per hec cõcordes exiſterent.
non vero ſupplicio ſubiacerent.

¶ Socrates.

## Capitulum. xx.

Ed neqꝫ hii qui tuebant̃ fidem nice-
ni concilii penitus a triſticia videbã-
tur extranei. Nam antiocheni eos q̃
cõcilio p̄ſentes fuerant declinabãt. Egyptii.
et arabes. ⁊ ciprii flauianũ ab antiochia ex-
pellendũ eſſe dicebant. Paleſtini ꝟo ⁊ pheni-
ces atqꝫ ſiri pro flauiano laborabant. Quarũ
rerũ terminũ proprio loco narrabimꝰ. Eo ſi-
quidẽ tempꝫ quo cõſtantinopolitani de ſy-
nodis agebãt talia circa heſperiã ꝓuenerũt.
Maximus de britaniorũ partibꝫ ſurrexit cõ-
tra romanorũ imperiũ et laboranti gratiano
contra almanos intulit bellum. In ytalia ve-
ro puero ſatis exiſtente valentiniana rerũ cu-
ram probus ex cõſule p̄fectus habebat. Iu-
ſtina ꝟo valẽtiniani mater cũ eſſet arriana vi-
uo quidẽ marito ledere non valuit orthodo-
xos. eo mortuo ⁊ filio valde iuuẽculo medio-
lanũ veniens ambroſio epiſcopo erat infeſta
ita vt eũ deſtinari iuberet exilio.

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xxi.

Umqꝫ de eccleſia iuberet̃ exire am-
broſius ait. Ego ſponte hoc nõ ago
ne lupis ouium ſepta cõtradere. aut
blaſphemantibꝫ deũ. hic ſi placet occide.

¶ Sozomenus.

Umqꝫ populus ſingularit̃ diligẽs
ambroſium reſultaret ⁊ trahentibꝫ
eũ ad exiliũ valde reſiſteret. potiꝰ in-
dignata iuſtina vocauit beniuolũ tũc q̃ſtorẽ.
iubẽs vt velociter ꝓponeret legẽ. que fidẽ pro

latam arimino confirmaret. Cumqꝫ ille hoc agere declinaret. erat eñ orthodoxus. maioribus eũ cingulis inuitabat. Beniuolus aũt diſcingens ſe baltheum. ante pedes auguſte proiecit dicens. neqꝫ illum honorem. neqꝫ adhuc maiorem honorẽ velle ſe pro impietatis habere mercede. Cunqꝫ omnimodis refutaſſet inuenti ſunt alij qui nequicie iuſſionibus miniſtrarent.

Ater hec nunciat̃: quia gratianꝰ dolo tyranni maximi fuiſſet occiſus. Andragathius eñ dux maximi in lectica portabãt vt occideret gratianũ. Huiuſmodi opinionẽ in vulgus miſit: quia vxor gratiani ſuo viro feſtinaret occurrere in lugdono gallie ciuitate. fluuiũ tranſeũti. Gratianus autẽ credẽs cõiugem reuera venire quã imperator acceperat. non precauit eius inſidias. ꝛ veluti cecus in foueam immanis hoſtis incurrit. Dum ergo veniſſet gratianus quaſi ad vxoris vehiculũ. ex improuiſo exiliens andragathiꝰ gratianũ callidus interemit. Mortuus ergo eſt conſulatu merobaudis ꝛ ſaturnini anno imperij. xv. xxiiij. die. Hoc itaqꝫ facto ad pñs cõtra ambroſiũ ira iuſtine quieuit. Porro valentinianus licet inuitus tẽpore neceſſitatis flexus. in maximi cõſenſit imperio. Tũc probus metuẽs maximi poteſtatẽ. ab ytalia in illiricũ venit. ꝛ in teſſalonica macedonie morabatur.

¶ Theodoricus.

Umqꝫ audiſſet maximꝰ qui contra ambroſiũ rurſus magniloquũ ꝑdicatorẽ veritatis agerẽtur ſcripſit valentiniano vt bellum qđ agebatur contra eccleſias ſolueret. monẽs vt paternã non amitteret pietatem. adiecitqꝫ etiã minas belli. ꝛ niſi quieſceret. verba operibꝫ adimpleret. Quã obrem ſumens exercitũ venit mediolanũ: vbi tũc ille degebat. Porro valẽtianus agnoſcẽs eius inuaſionẽ fugit in illiricum experimento cognoſcẽs que mala matris ꝯſilio ſuſtineret. Porro theodoſius audiens que a iuſtina fuerant geſta. ꝛ a tyranno ſcripta. fugiẽti valentiniano reſcripſit nõ eſſe mirandũ ſi imperatori quidẽ terror. tyranno vero poteſtas accreſceret. dũ imperator pietate rebellis extitiſſet. tyrannus aũt ei auxilia cõmodaret. ꝛ propterea ille quidẽ fugeret nudus. ille vero armaretur aduerſus nudũ.

¶ Socrates.

Unc igit̃ theodoſius imꝑator in maxima ſollicitudine cõſtitutus cõtra tyrannũ preparabat exercitũ. metuens ne quid etiam cõtra iuniorem valentinianũ inſidie tyrãnice preualerẽt. Ea tempeſtate etiã legatio ꝑſarũ aderat pacez petens. Quo tẽpore filius quoqꝫ honoriꝰ ei natus eſt de vxore placilla cõſulatu Richomeri ꝛ Elearchi. viij. die ſeptembris mẽſis. Quo cõſulatu agelius quoqꝫ nouatianorũ epiſcopus eſt defunctus.

## Capitulum. xxij.

Equenti ꝓo conſulatu archadij auguſti ꝑmo ꝛ baudonis. defũcto thimotheo alexãdrino ciuitatis epiſcopo. theophilus ſuſcepit ꝑſulatũ. Poſt annuz ꝓo dimophilo arrianorũ antiſtite moriẽte arriani Marinũ quendã epiſcopũ ſibimet ordinauerũt: qui tamẽ diu nõ vixit. ſub quo diuiſa eſt arriana religio. Quo moriente Dorotheũ ab antiochia ſyrie adducentes habuere pontificem.

## Capitulum. xxiij.

Gitur imꝑator contra maximũ feſtinãs conſtantinopoli imperatorẽ filium reliquit archadiũ. Cũqꝫ theſalonicã veniſſet inuenit valentiniani iudices in maxima triſticia cõſtitutos. qa tyrannũ velut imperatorẽ ex neceſſitatis cauſa ſuſceperant. Theodoſius autẽ nec apte quidez refutabat nec admittebat legationẽ maximi. nõ tamen patiebat̃ ſub tyrannio poſitũ imperiũ romanorũ. Sumẽs ergo cunctũ exercitũ Mediolanũ tendebat vbi erat ꝛ maximus. Interea arriani cõſtantinopoli poſiti diuerſas opiniones in populo ſeminãtes. dicebant ꝛ exercitũ imperatorẽ amiſiſſe. ꝛ ipm tyranni ducibꝫ ſubiugatũ. aliaqꝫ mlta que ſoluit inimici voto nequicie iactare. ita vt crebro hec audiẽtes nõ opinionẽ. ſed vera iam crederẽt. Hijs ſermonibꝫ arrianoruz populus inflãmatus. ad irrationabilẽ quandã exarſit audaciã. domũqꝫ nectarij epiſcopi ꝯcremauit. cõſulatu theodoſij ſecũdo ꝛ Cyngegij. Uex imꝑator theodoſius dũ tyrannuz aggrederet̃. cognoſcẽtes maximi milites preſentiã inſtructiõis imperialis ꝛ ſignorũ eius aduentũ: nec fame ipſiꝰ impetũ ſuſtinere ꝑualuerunt. ſed apꝑhendẽtes tyrannũ vinctũ ei protinus obtulerunt ꝗ eorũ conſulatu ꝑemptus eſt. vij. ix. die auguſti mẽſis. Andragathius autez qui ꝑemerat gratianũ in vicino fluuio ſemetipm proijciens expirauit. Tunc igit̃ imperatores valẽtinianus ꝛ theodoſius peracta victoria venere

romā. Erat eñ cū eis pariter ⁊ honori⁹ val-
de puer. qm̄ poſt victorā ꝯ maximū geſtā ab
vrbe ꝯſtantinopolitana theodoſius euoca-
uerat. Dūqꝫ in romana vrbe morarent̄ feſti-
uitates ꝑ victoria celebrātes: tūc ſuā bonita
tem circa ſymachū ex ꝯſule theodoſi⁹ impa-
toꝛ oſtēdit. Js eñ ſymach⁹ inter ſenatores
ꝑcipu⁹ habebat̄. Eratqꝫ romani eloquij eru
ditione mirabil'. cui⁹ multi qꝫ reperiunt̄ libri
Scripſit ꝗ maximi laudē eāqꝫ recitauit. vñ
poſtea reus maieſtatis eſſe videbat̄. Quābrē
mortē metuēs ꝯfugit in eccleſiam. verꝫ impa
toꝛ cū eſſet ꝑfectiſſime chriſtianitatꝭ. ⁊ nō ſo-
lum ſue fidei ſacerdotes honoraret. ſed etiaꝫ
nouatianos q̄ ꝓxime ei⁹ fidei decreta ſerua-
rent. Leoncio tūc epō romane eccl'ie nouatia
noꝝ rogāti bñficiū ꝯferēs ſymachū abſoluit
a crimine. Cūqꝫ veniā ſymachus meruiſſet.
apollogeticū. id eſt. ſatiſfactionalem librū in
theodoſio impatore ꝯſcripſit.

¶ Socrates.

## Capitulum. xxiiij.

Theodoſi⁹ igit̄ impatoꝛ in romana
vrbe poſit⁹ multū ꝓfuit ciuitati. alia
ꝑbēdo. alia vtiliter auferēdo. Duas
tamē res dignas ꝯfuſiōe ꝓhibuit. Erat ab i
initio in vrbe romana dom⁹ ingēti magnitu
dine fabricata: in quib⁹ panis fiebat: qui vni
uerſe ciuitati miniſtrabat̄. Hui⁹ mācipes tē-
poꝛe ꝓcedente piſtrina publica latrocinia el-
ſe fecerūt. Cū eñ eſſent mole in locis ſubter-
raneis ꝯſtitute: ꝑ ſingula latera eaꝝ domuū
tabernas inſtituētes. meretrices in eas ꝓſtra
re faciebāt: qꝫtin⁹ ꝑ eas plurimos deciperent
alios q̄ ꝓ pane veniebāt. alios qui ꝓ luxurie
turpitudine feſtinabāt. Arte nāqꝫ mechani
ca i molā de taberna cadebāt: ⁊ ꝭ patiebant̄
maxie ꝑegrini. ⁊ ita fiebat vt m'lti vſqꝫ ad ſe-
nectutis tpa laborātes exinde nō ꝑmitterent̄
exire. eſtimātib⁹ eoꝝ ꝓpinquis eos eſſe defun
ctos. Jn hmōi laqueū. qui deo miles theodo
ſij impatoris incurrit. Cūqꝫ fuiſſet clauſus
ad molā nec admitteret̄ exire euaginato gla-
dio ꝓhibētes occidit. At illi terroꝛe detenti.
militē dimiſerūt. Hoc agnoſcens impatoꝛ. ⁊
mancipes ſupplicijs interemit. ⁊ ipa piſtrina
deſtruēda funditus eſſe ꝑcepit. Aliaꝫ rurſus
abrogauit hmōi cauſam. Si qua mulier in
adulterio capta fuiſſet hoc nō emēdabat̄. ſed
potius ad augmentū peccādi ꝯtradebat̄ in-
cludētes eñ eam in anguſto ꝓſtibulo. ⁊ ad-
mittētes qui cū ea fornicarentur. Hora qua
turpitudine miſcebant̄ tintinnabula ꝑcutie-
bant vt eius ſono illius iniuria fieret manife
ſta. Hec audiēs impatoꝛ ꝑmanere nō paſſus
eſt. ſed ipſa ꝓſtibula deſtrui iuſſit. alijſqꝫ pe-
nis adulteratā ſanxiuit affligi. His actis re-
licto valentiniano rome. ipſe cū honorio cō-
ſtantinopolim remeauit. cōſulatu vaciani et
ſymachi. die. x. menſis nouembris.

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xxv.

Euertēte ſiqdē theodoſio ab heſpe-
rijs ꝑtib⁹ venit ad eū. Amphilochi⁹
vir ammirādus cui⁹ ſepe meminim⁹
ſupplicās vt arrianoꝝ ꝯcilia de ſingul' ciui-
tatib⁹ ꝓhiberet. Verꝫ impatoꝛ crudelē iudi-
cans eſſe petitionē. ſpreuit eū. Porro ſapien-
tiſſimus amphilochi⁹ eo quidē tpe tacuit. ſꝫ
cauſe remediū memorabile ꝑpauit. Poſt ali
quot nāqꝫ dies ingreſſus palatiū videſqꝫ fili
um impatoris archadiū iam impatorē aſta-
re patri. Theodoſiū ſolēniter ſalutauit. filiū
ꝟo nō ei exhibita ſalutatiōe deſeruit. Veruꝫ
impatoꝛ credēs oblitū amphilochiū inuita-
uit vt eū oſculari deberet: At ille. Sufficit in
quit ei ꝓrius honoꝛ. Tūc impatoꝛ ꝯtriſtat⁹
ad ſuā iniuriā filio factā ꝯtumeliā iudicabat.
Porro ſapiētiſſim⁹ amphilochius ꝯſiliū ſue
intētionis apuit. ⁊ cū clamore dixit. Vides
impatoꝛ queadmodū filio tuo ꝯtumeliā non
paterꝭ irrogari. Crede ꝗ ⁊ oīm deū ſic ab ho
minari reos. qui ei⁹ vnigenitū filiū blaſphe-
mare ꝯtendūt. ⁊ velut ingrato circa ſaluato-
rem ⁊ benefactorē habere ſemꝑ i odio. Hoc
audiēs impatoꝛ ⁊ geſta ſimul dictaqꝫ admi-
ratus. legem repente ꝓtulit. hereticoꝝ conci-
lia prohiberi.

¶ Socrates.

## Capitulum. xxvi.

Jrca hec itaqꝫ tpa i antiochia ſyrie.
paulino epō moriēte. plebs eius de-
clinabat omnimodo flauianū ⁊ pro
pter hoc euagriū oꝛdinauerūt ſue partis epi
ſcopū. Quo in breui tpe moꝛtuo. alter quidē
in eius loco factus iam nō eſt. flauiano quip
pe renitente. Verū hi qui declinabāt flauia-
num ꝓpter iuriſiurādi ꝑuaricationē. ſeorſum
ſolennia celebrabāt. Porro flauian⁹ oīni vir
tute curabat vt eos ſibimet aggregaret. quia
poſt paululū hoc modo noſcit̄ eueniſſe. Cūꝫ
damaſus romanus pōtifex ⁊ theophil⁹ alle-
xādrinus indignarent̄ circa flauianū. nō ſo-

lum ꝓpter ꝑ iuriū. ſed etiā quia ipſe fuit occa=
ſio vt ppl's fidelium diſcordaret. poſtea theo
philus a flauiano iactat⁹. miſit yſidorum ꝑ/
ſbyterū vt contriſtatum damaſum flauiano
mulceret epo dicens. vtile fore populi cōcor
die ſi culpa iam facta flauiano remitteretur.
Hoc itaqꝫ mō cōmunione reddita flauiano.
antiochenus ppl's paulatim cōcordiam repa
rauit. Arrianis ꝟo ab eccleſijs pulſi. in ſubur
banis antiochenis collectas agebant. Inter
hec aūt mortuo cyrillo hieroſolymoꝝ epiſco
po iohannes in eius ſede ſucceſſit.

## Capitulum. xxvij.

O ſiquidē tpe etiam in alleꝛandria hmōi ſeditio generata eſt. Precepat impator. vt ſtudio theophili in alle=xandria paganoꝝ tēpla deſtruerent. Theophilus poteſtate ꝑcepta. ſtuduit paganorum de=ſtruere myſteria ⁊ templū quidē mithirium purgauit. ſerapis ꝟo ſubuertit. Uerū mithyrie ſacra vbi homicidia ꝑpetrabant. publice patefecit. Serapidis alioꝝ riſu plena mon=ſtrauit iubens ꝑ mediā plateā portari verenda. que pagani cū maximo honore venerabantur. Hec pagani videntes. maxime philoſo=phi iniuriā ferre nequiuerūt. Uno nāqꝫ ipe=tu ꝯ chriſtianos accedentes. neces innūeras ꝑpetrarūt reſiſtentibuſqꝫ chriſtianis clades hec vſqꝫ ad imenſa bella ꝓceſſit. Mortui de=niqꝫ ſunt in ea congreſſione paganoꝝ pauci chriſtianoꝝ plurimi. ex vtraqꝫ ꝟo pte innu=meri vulnerati. Porro pagani metu princi=pis poſtqꝫ cede fuerant ſaciati ꝑ loca ſingula celabant. multi quoqꝫ etiā ꝺ ciuitate fugerūt inter quos helladius. ammoniuſqꝫ grāmatici. apud quos ego valde puer cōſtantinopo=lim legi. ⁊ helladi⁹ quidē ſacerdos iouis eſſe dicebat. ammonius ꝟo ſimes. His ita geſtis. Theophilo in deſtructione temploꝝ. ſolatia miniſtrabāt. ꝑfectus alleꝛādrie ⁊ dux ordi=nis militaris. Idola ſiquidē deoꝝ ꝯflabant ad faciendas ollas. ⁊ alleꝛandrine eccl'ie di=uerſas vtilitates. cui ab impatore donati fuerant dij ad expenſas egentiū. Cū igit Theo=philus oēs cōtriuiſſet deos vnū tantūmodo reliquit ſimie ſimulachrū iubens cū publice ꝓponi atqꝫ ſeruari ne ſequēti tempore paga=ni negarēt tales ſe adoraſſe deos. Quā rē noui ego qꝛ grauiter ferebat ammonius gram=maticus dicēs paganos nihil tā graue ꝑpeſſos niſi quia nō conflatū eſſet ⁊ ipſum ſed ꝓ deriſione vnū illud ydolū ſeruaret. Palladius aūt gloriabat dicens. quia in congreſſiōe chriſtianoꝝ nouem ipſe perimeret.

¶ Sozomenus.

Situr impator audiens qꝫ alleꝛandria fuerant ꝑpetrata beatificauit equidem chriſtianos martyrū ei⁹ palmā attribuēs. eo qꝫ ꝓ dogmate tāta picula ꝑtuliſſent paganis autem veniā dedit vt eis chriſtianitatē facile ſuaderet. iuſſitqꝫ vt tēpla funditus que fuerāt necis cauſa deſtruerent. Cuius littere dum publice lecte fuiſſent ⁊ chriſtiani paganos i=peterēt terrore ducti cuſtodes ſerapis fuge=rūt ⁊ ex illo tēpore chriſtiani ea loca tenuiſſe noſcuntur. Olimpi⁹ aūt philoſophus ſicut audiui nō ante multū tempus luceſcente die qua hoc euenit audiuit quendā in tēplo ſerapis alleluia pſallentem. Cūqꝫ ianuis clauſis adhuc quietis tpe nullum ibi cōſpiceret ſed tantūmodo vocē pſallētis audiret cognouit ſignum quid eſſet futurum ⁊ latenter egreſ=ſus. inuenta naui diſceſſit.

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xxviij.

Heophilus igit alleꝛandrinā vrbē ydoloꝝ errore purgauit ⁊ nō ſolum a fundamentis templa ſubuertit ſed etiam fallacias ſacerdotū hijs qui ſeducebātur inotuit. Erāt eñ ſimulachra ex ea. lignea qꝫ intus vacua ⁊ dorſum copulatū ad parietes habentia quedā foramina relinquebant ⁊ ꝑ addita aſcendentes ⁊ intrātes in ſimula=chra que volebant ꝑ eoꝝ ora loquebantur et hoc modo ſeducebant iugiter audiētes. In ſerapidis igit aſcendēs templū vidit ſimula=chrū qḋ magnitudine ſua terrebat inſpicientes. Ferebat etiā ſermo fallax qꝛ ſi qͣs iuxta eum accederet mox terra cōmoueret ⁊ peſtis cūctos inuaderet. Sed hec ꝟba fabulis anilibus plena cōfidens magnitudinē deſpexit velut exanimē iuſſitqꝫ alicui habēti ſecurim vt ſerapem forti percuſſione cōcideret. Cū=qꝫ cecidiſſet clamauerūt omnes illa ſenili fa=bula formidātes. Porro ſerapis neqꝫ doluit nempe ligneus neqꝫ vocem emiſit ſicut exa=nimis. Cuꝫ ꝟo ei⁹ abſtuliſſent caput greges ſoricū exinde cucurrerūt Erat eñ habitatio ſoricū egyptioꝝ deus. Tūc eū partib⁹ incidētes igne cōcremauerūt. caput aūt ꝑ totā tra=xerunt vrbem.

¶ Socrates.

## Capitulum. xxix.

Unq; templū ſerapidis nudaretur inuēte ſunt lr̄e in lapidib⁹ ſculpte q̄ apud egyptios vocant̄ ſacre habebātq; ipſi caracteres figurā crucis. Hos chriſtiani vidētes atq; pagani ſinguli eoꝝ hoc ſignū religioni ꝓprie deputabāt christiani dicebāt ſignū ſalutifere paſſiōis christi: pagani vero aliquā cōmunionē xp̄o ⁊ ſerapidi. p̄ h̄ ſignū aſſerebāt. Interpretes aūt ſignū crucis inſinuare dicebāt vitā ſupuenturā quam ob cauſaz christiani ad ſummū faſtigiū ſunt euecti. Cūq; ⁊ p̄ alias lr̄as que apd̄ eos ſacre dicunt̄ īdicaret̄ terminū habituꝝ ſerapidis templū qn̄ caracter crucis apparuiſſet qui vitam ſup venturā ſine dubio declararet. multo plurimi ad christianitatē feſtinabāt ⁊ peccata ꝯfitētes baptizabant̄. Sed ego nō arbitror ſacerdotes egyptioꝝ aduentū p̄ſciuiſſe christi ⁊ crucis ſignaculū deſignaſſe. Nā ſacramentū aduētus dn̄i a ſeculis ⁊ a generationib⁹ fuit abſconditū ſicut dicit ap̄lus ⁊ latuit principē nequicie dyabolū multomagis famulos eius ſacerdotes egyptioꝝ. ſed diuina ꝓuidētia h̄ ꝓſtruxit vt in litteraꝝ fieret q̄ſtiōe qd̄ etiā in ap̄lo mōſtratū. Nā ⁊ ille ſancto ſpiritu ditatus m̄ltos athenienſiū perduxit ad fidē qn̄ ea que in ara erāt ſcripta ſenſu ꝓprie narratiōis expoſuit. niſi forte q̄s dicat q̄ etiā in ſacerdotib⁹ egyptioꝝ opat⁹ fuerit de⁹ ſicut in balaā ⁊ in caipha ⁊ illi prophetaſſe referuntur

¶ Theodoricus.

## Capitulum. xxx.

On eſt itaq; facile hominib⁹ vniuerſas vitare hoſtis inſidias. Nam dū quiſpiā libidinis effugerit paſſionē. incurrit in auariciā qua declinata inuidie fouea preparat̄. Hāc ſi trāſcenderit vitiū furoris incurrit ⁊ alios plurimos ponit loqueos inimicus. quo cape poſſit incautos ⁊ corporis quidē paſſiōes habet facile miniſtrantes. vt aīam poſſit occidere. Sed mēs diuino ſolatio vigilās. machinationū eius deſtruit argumenta. Humana nāq; natura participatus theodoſius impator habuit paſſionū q̄z cōmunionē. iuſtoq; furori imenſam p̄miſcēs crudelitatē iniuſtā opatus eſt paſſionē. Quā rem narrare neceſſariū eſt ⁊ p̄ vtilitate legentium ⁊ memorabili opinione virtutū. Theſalonica ciuitas eſt grandis ⁊ populoſa. In qua dū fuiſſet orta ſeditio quidā iudicū lapidati ſunt atq; tracti. Hinc indignatus theodoſius iracūdie nō refrenauit infirmitatem ſed iuſſit iniuſtos gladios ſup oēs euaginari ⁊ vna cū nocentib⁹ innocētes interimi. Septem milia etē̄ hominū ſicut fert̄ occiſi ſūt nō precedēte iudicio. ſed tanq̄ in meſſib⁹ omnes ſimul inciſi ſunt. hm̄ōi cladem plenā valde gemitib⁹ audiēs Ambroſius. cū princeps mediolanū veniſſet ⁊ ſolēniter in ſacrū voluiſſet intrare templū occurrit foris ad ianuas. ⁊ ingredientē hȷ̄s ſermonib⁹ a ſacri liminis inceſſu ꝓhibuit dicens. Neſcis impator perpetrare necis quanta ſit magnitudo? Neq; poſt cauſam tāti furoris mēs tua molē preſumptionis agnoſcit. Sed forte recognitionē peccati ꝓhibet poteſtas imperȷ̄: decet tamen vt vincat ratio poteſtatē. Sciētia quippe natura eſt. eiuſq; mortalitas atq; reſolutio ⁊ puluis ꝓgenitoꝝ ex quo facti ad quē redigēdi ſumus. ⁊ nō flore purpureo ꝯfidētes infirmitates operti corporis ignorare. Coequaliū hominē princeps es o impator ⁊ conſeruoꝝ. Unus eē̄ eſt omniū dn̄s rex omniū ⁊ creator. Quib⁹ igit̄ oculis aſpiciens cōmunis dn̄i templū: quib⁹ calcabis pedib⁹ ſanctū illius pauimentū? Quomō manus extēdes: de quib⁹ adhuc ſanguis ſtillat iniuſt⁹? quomodo hm̄ōi manib⁹ ſuſcipies ſanctū domini corpus? Qua preſumptiōe ore tuo poculum ſanguinis precioſi percipies. dum furore ſermonū tantus iniuſte ſit ſanguis effuſus? Recede ergo recede. ne ſecundo peccato priorē nequiciā augere contendas. Suſcipe vinculū qd̄ omniū dn̄s nūc ligauit. eſt enim medicina maxima ſanitatis. hȷ̄s ſermonib⁹ impator obediēs. erat eē̄ diuinis eruditionibus enutritus. ⁊ aperte ſciens q̄ ſunt ꝓpria ſacerdotū: que regū. gemens ⁊ dolens ad regalia remeauit. Cūq; octo menſiū cōtinuū trāſiſſent tēpora. ꝓpinquauit natiuitatis ſaluatoris noſtri feſtiuitas. Impator aūt lamentationib⁹ aſſiduis in palatio reſidens. cōtinuas lachrymas īceſſabiliter expēdebat. Ingreſſus autē rufinus tūc magiſter militū ⁊ ſingularē apud principē fiduciā habēs. ⁊ videns principem in lamentatiōe proſtratū. acceſſit vt lachrymaꝝ cauſas ꝑquireret. At ille amariſſime ingemiſcens ⁊ vehementius lachrymas fundens. tu inquit rufine ludis. ⁊ mea mala nō ſentis. Ego aūt lamētor ⁊ gemo calamitatem meā. qui a ſeruis quidē ⁊ mendicantibus aperta ſunt tēpla dei. ⁊ propriū dominū ingredientes licēter exorant. mihi vero ingreſſus ad eū nō eſt. inſuper etiā celi ſunt clauſi.

Hec dicens. verba ſingula ſingultib⁹ irrūpe
bat. Rufin⁹ curro inq̄t ſi tibi placet. pōtifici
p̄cib⁹ pſuadeo. vt ſoluat' vinculū qd ligauit
Ait impator. Nō inquit ſuadebis ambroſio
Noui ego decretū illius eſſe iuſtū. neq̄ reue-
rebitur imperialem potentiā vt legē poſſit pre-
uaricari diuinā. Cūq̄ rufinus verbis pluri-
mis vteret'. ⁊ pmitteret ambroſiū eſſe flecten-
dum impator eū pergere cū feſtinatione pre-
cepit. Ipſe vero ſpe data poſt paululū eſt ſe-
cutus. credens rufini pmiſſionib⁹. Porro vir
mirandus ambroſius. mox vt vidit rufinū
ait. Impudentiā canū imitatus es o rufine.
tāte videlicet necis auctor exiſtens. pudorē
ex fronte detergens. nec erubeſcis nec metu-
is ꝯtra imaginē latrare diuinā. Cumq̄ rufi-
nus ſupplicaret. ⁊ impatorem diceret eſſe ven-
turū. ſupno celo accenſus Ambroſius. ego
inquit rufine predico. q̄m eū ingredi ſacra li-
mina phibeo. Si vero impium in tyrannicā
mutabat necem. ⁊ ego libenter ſuſcipio. Hec
⁊ alia plurima rufinus audiens nūciauit im
peratori votū antiſtitis monens ne de pala-
tio forte pcederet. At impator hec in media
iam platea cognoſcēs. pergo inquit. ⁊ iuſtas
in facie ſuſcipio ꝯtumelias. Cumq̄ ad ſacra
limina pueniſſet. in ſanctā quidē baſilicā nō
preſumpſit intrare. Sed veniēs ad antiſtitē
⁊ inueniēs eū ſalutario reſidentē ſupplicabat
vt eius vincula reſolueret. At ille tyrannicā
dicebat eē pſentiā ⁊ ꝯtra deū veſanire. ⁊ theo
doſium. eiuſq̄ calcare leges. Uerū impator
nō inquit inſurgo aduerſus eccl'iaſticas ſan
ctiōes nec vnq̄ ingredi limina ſacra cōten-
do. ſed te ſoluere mea vincula depoſco. ⁊ cō-
munis dn̄i p me exorare clementiā. nec mi-
hi ianuā claudi. q̄m cunctis penitentiā agē-
tibus dn̄s noſter aperuit. Tūc antiſtes. q̄m
inquit penitentiā oſtēdiſti poſt tantas iniq̄-
tates: Quib⁹ medicaminib⁹ incurabilia vul
nera plagaſq̄ curaſti: At impator. tuū inq̄t
opus ⁊ docere. ⁊ medicamina temparare. meū
vero oblata ſuſcipe. Tūc ſanctus Ambroſi-
us. Quoniā furori inquit tuū iudiciū cōmi-
ſiſti. ⁊ nō ratio ptulit ſententiā. ſed poti⁹ ira-
cundia. Scribe legē que decreta furoris eua
cuet. ⁊ xxx. dieb⁹ ſententiā necis atq̄ pſcri-
ptionis in litteris tantūmodo maneāt. ⁊ iu-
diciū ratiōis expectet. Quib⁹ trāſactis dieb⁹
ira videlicet iā ceſſante ratio cauſam iudicās
apd̄ ſemetipſam q̄ cognouerit ſub veritate di
ſponat. In hijs em̄ dieb⁹ agnoſcit'. aut iuſta
ſit q̄ ptulerā aut iniuſta ſententia. Et ſiqui-
dem ratio pbauerit. iniuſta que plata diſrū-
pit. Si vero iuſta firmabit. Dierū vero nu-
merus ad hec examināda ſufficiet. Hāc am-
monitionē impator animo libenti ſuſcipiens
⁊ optimā eſſe confidēs legē. conſcribi repēte
precepit. ⁊ ꝓprie manus litteris cōfirmauit.
Quo facto vinculū eius ſoluit Ambroſius.
Que lex hactenus obſeruat'. Eſt em̄ huiuſ-
modi. Impatores. Gratian⁹. ⁊ Theodoſi⁹
auguſti. flauiano p̄fecto pretorij illyrici. Si
vindicari in alios ſeuerius ꝯtra noſtrā con-
ſuetudinē p cauſe intuitu iuſſerimus. nolu-
mus ſtatim eos aut ſubire penā. aut excipere
ſententiā ſed p dies triginta ſup ſtatu eorum
ſors ⁊ fortuna ſuſpēſa ſit. Reos ſane accipi-
ant vincula atq̄ cuſtodia. ⁊ excubijs ſollerti
bus vigilāter obſeruet. ſic igit' ſacratiſſimus
impator ingredi limina pſumēs nō ſtatim do
mino ſupplicauit. neq̄ genua flexit. ſꝫ pnus
in pauimēto iacens dauiticā pclamauit vo-
cem. Adheſit pauimēto aīa mea viuifica me
ſm verbū tuū. Manib⁹ capillos euellēs frō-
temq̄ percutiens. ⁊ pauimēto lachrymarum
guttas aſpergēs veniā impetrare poſcebat.
Cūq̄ tēpus accederet: quo mun⁹ ad altare ſo
lebat offerre: ſurgēs cū lachrymis eſt ingreſ-
ſus. Cum vero obtuliſſet ſicuti ſolitus erat in
tra cancellos ſtetit. Rurſus autē ambroſius
nō quieuit. ſed differentiā locorum edocuit. ⁊
pmo quidē requiſiuit quid ibidē expecta-
ret. Impatore dicente ſuſtinere ſe ſacroꝝ pce
ptione myſterioꝝ. per archidiaconū reman
dauit. O impator. Interiora loca. tantū ſunt
ſacerdotib⁹ collata. que ceteri nec ingredi: nec
cōtingere pmittunt'. Egredere igitur. et hanc
expectationē cū ceteris habe cōmunē. Pur-
pura namq̄ impatores nō ſacerdotes facit.
Tūc fideliſſim⁹ impator etiā hanc traditio-
nem animo gratanti ſuſcipiēs remandauit.
Nō audacie cauſa intra cācellos māſi. ſed in
cōſtantinopolitana vrbe hanc conſuetudinē
eſſe cognoui. vnde ago gratias p huiuſmodi
medicina. Tali ergo tantaq̄ ⁊ pſul ⁊ impa-
tor virtute clarebant. Ego nāq̄ vtriuſq̄ op⁹
ammiror. illius fiduciā. huius autē obedien
tiam. illius zeli feruorē. huius fidei puritatē.
Porro regulas pietatis quas a magno ſacer
dote pcepit. etiā reuerſus in conſtantinopoli
tana vrbe ſeruauit. Nam dū feſtiuitatis tem
pore ad eccleſiā pceſſiſſet. oblatis in eccleſia
munerib⁹ ingreſſus eſt. Cūq̄ nectarius tūc
pſul eccleſie mādaſſet cur intus ſtare noluiſ-
ſet: mandauit princeps. Uix inquit potui di

ſcere: que differentia ſit imperatoris ⁊ ſacer-
dotis. Vix eñ veritatis inueni magiſtrũ am-
broſium. hunc namq; ſolum noui digne vo-
cari pontificem. Tantũ itaq; ꝓdeſt increpa-
tio a viro virtutibꝰ florente prolata.

## Capitulum. xxxi.

Abebat igitur imperator ⁊ aliã vti-
litatis occaſionẽ per quaʒ de bonis
operibꝰ triũpharet. Cõiux eñ eius
diuinas leges eũ ſepius ammonebat ſeipſaʒ
tamen perfecte prius erudiens: Nõ enim re-
gni faſtigijs eleuata eſt. ſed potius diuino a-
more ſuccenſa. Beneficiorũ namq; magnitu-
do. maius ei deſiderium benefactoris ad-
hibebat. Repente namq;. vt venit ad purpu-
ram. claudorꝫ atq; debiliũ maximã habebat
curam. non ſeruis. non alijs miniſtris vtẽs:
ſed perſemetipſam agens ⁊ ad eorꝫ habitacu-
la veniens ⁊ vnicuiq; ipſorꝫ quod opus ha-
beret prebens. Sic etiam ⁊ per eccleſiarũ xe-
nodochia diſcurrens ſuis manibꝰ miniſtra-
bat infirmis ollas eorꝫ tergẽs cibus guſtans
offerens coclearia. panẽ frangens. cibos im-
miniſtrans. calicem diluens. ⁊ alia cuncta fa-
ciens que ſeruis ⁊ miniſtris mos eſt ſolenni-
ter operari. Hijs autẽ qui eam de rebꝰ talibꝰ
nitebantur ꝓhibere dicebat. Aurũ diſtribue-
re opus imperij eſt. ego aũt pro ipſo imperio
hoc opus offero. bona mihi omnia cõferenti.
Nam viro ſuo ſepe dicebat. Oportet te ſem-
per marite cogitare quid dudum fuiſti. quid
modo ſis. Hec ſi ſemper cogitaueris ingra-
tus benefactori nõ eris. Si imperium quod
ſuſcepiſti legaliter gubernabis. ⁊ harum re-
rum placabis auctorem. Hijs ergo ſermoni-
bus velut optimã quandam vtilitatem vir-
tutiſq; abundantiam coniugis ſui ſermoni-
bus offerebat.

## Capitulum. xxxii.

Ec itaq; ante maritum defuncta eſt.
Poſt aliquantulũ vero tempꝰ mor-
tis eius aliquid tale ꝓuenit qđ ma-
ximũ amorẽ quem habuit circa eum oſtẽdit.
Coactus itaq; theodoſius plurimorꝫ conti-
nuatione bellorꝫ. quandã illationẽ nouã im-
poſuit ciuitatibꝰ. Antiochena ṽo ciuitas no-
uum vectigal ferre nõ potuit. ſed videns po-
pulus ſuſpendi diuerſos. egit: q̃ vulgus ſolet
occaſionẽ ſeditionis inueniens. deponẽs eñ
imaginẽ ornatiſſime placille. Sic eñ augu-
ſta fuerat vocitata. per omnẽ trahere ciuita-
tem. Hec audiens indignatus abſtulit pri-
uilegia ciuitatis. ⁊ vicine vrbi idem laodicie
tradidit principatum. credens hinc maxime
antiochenos affligere. Poſt hec autem incen-
dere ⁊ deſtruere atq; inſtar vicorũ antiochiã
redire minabatur. Amminiſtratores autẽ lo-
corum etiã quoſdam comprehenſos intere-
merunt. anteq̃ hanc preſumptionẽ cognoſce-
ret imꝑator. Hec igiť oĩa iꝑator ꝑcipiebat.
non tamen fiebant prohibente lege: quã pro-
ferri fecit ambroſius. Cũ igitur veniſſent qui
portabant minas imperatoris hellebichus
magiſter militum. ⁊ ceſarius magiſter officio-
rum erant omnes ſub formidine conſtituti.
Porro viri heremũ habitantes. virtutis pro-
pugnatores. multi tunc ⁊ optimi viri pluri-
ma monita ſimul ⁊ preces eis qui a principe
miſſi fuerant offerebant. Macedonius autẽ
vir ſanctus nihil huius vite ſciens. Sed eti-
am diuinorꝫ librorũ penitus inexpertus. in
ſimplicitatibus habitans montiũ. noctibus
ac diebꝰ ſaluatori omniũ puras offerens pre-
ces. nõ imperatoris indignatione permotus
nõ iudicũ ab eo miſſorꝫ. media ciuitate vtri-
uſq; clamidẽ comprehendens ab equis ſuis
vt deſcendens imperabat. At illi paruulum
ſenem pannis obſitum viliſſimis intuentes.
primitus indignati ſunt. Cum vero quidam
obſequia perhibentiũ virtutẽ viri illius indi-
caſſent repente ab equis deſcendentes. ⁊ ge-
nua flectentes. ab eo veniam ſuppliciter ⁊ de-
uote implorabant. At ille ſapiẽtia diuina re-
pletus: hec eis verba locutus eſt. O amici di-
cite imperatori. Non es imperator ſolummo-
do: ſed etiam homo. Noli itaq; reſpicere ſo-
lum imperium: ſed conſidera quoq; naturã.
nam cum ſis homo: eiuſdem naturam homi-
nibus cognoſceris imperare. ⁊ ſcđm imagi-
nem diuinam atq; ſimilitudinẽ hominũ cre-
ata natura eſt. Noli igitur crudeliter atq; ſe-
uiſſime dei ymaginẽ necibus ſubiugare. irri-
tas etenim creatorem: dũ illius punis yma-
ginem. Illud quoq; cõſidera. quia tuipſe tã-
tum ꝓpter aereã cõtriſtaris ymaginẽ. Quan-
tum vero differt inanimata res animate. vi-
uenti atq; rationali: cunctis ſenſum habenti-
bus eſt apertũ. Inſuper etiam conſideret. q̃
nobis quidẽ facile eſt pro vna ymagine pluri-
mas aereas preparare. At illi omnino diffi-
cile vel vnum capillum reſtituere perempto-
rum. Hec audientes illi principiq; mandan-
tes: flammã iracundie penitus extinxerunt.
Qui pro terroribꝰ ſatiſfactionem reſcripſit. ⁊

cauſam indignationis innotuit. Nō inquit oportuerat me peccante: mulierē omni fauore digniſſimam poſt mortem tantā contumeliam ſuſtinere. aduerſum me nāqʒ furorē indignantes dicebat armare. Adiecit etiam. q̄ tribularetur et ingemiſceret eo q̄ audiſſet aliquos a iudicibus interemptos:

## Capitulum.xxxiij.

Fideliſſimus igitur imperator tunc contra errorem paganorum ſuū trāſtulit ſtudium. legeſqʒ conſcripſit: precipiens ydolorum templa ſubuerti. Conſtantinus enim maximus omniū fauore laudandus: qui primus pietate ornauit imperium demonibꝫ quidem ſacrificare omnibꝫ interdixit: non tamē eorum templa deſtruxit: ſed inacceſſibilia eſſe precepit. cuius filij paterna veſtigia ſunt ſecuti. Julianus autē renouauit impietatem ⁊ flammā veteris ſeductionis accendit. Porro iouinianus impio ſumptus rurſus imolationes prohibuit ydolorum. Ualentinianus autē maior huius mundi legibus vſus: gubernauit europam vt vnicuiqʒ cui vellet religioni ſeruire concederet. Porro valens omnibꝫ quidem alijs conceſſit vt religiōes ſuas colerent ſicut vellent: illos ſolos impugnans qui ꝓ apoſtolicis dogmatibus decertabant. Omni ſiquidē tempore eius imperij et ad aras ignis incendebatur. ⁊ libamina atqʒ ſacrificia ydolis offerebantur: ſed ⁊ publicas feſtiuitates per plateas agebant. ⁊ orgia dionyſij celebrabant. et cum ſacrificijs currebant canes euiſcerātes atqʒ bachantes. ⁊ agentes omnia que nequiciam proprij doctoris inſinuāt. Hec omnia theodoſius inueniens fideliſſimus imperator radicitꝰ euulſit ⁊ obliuioni ꝯtradidit.

## Capitulum.xxxiiij.

Primus igitur aliorum Marcellus epiſcopꝰ lege ꝑncipis ꝑ armis vſus ꝓprie ciuitatis templa deſtruxit. de fiducia diuina non de hominum virtute ꝑſumens. Quod quidem opus dignū memoria narrare non ſileam. Defuncto Johanne apamie ciuitatis epiſcopo: marcellꝰ vir ſanctiſſimus ordinatus eſt feruēs eṗs ſ̄m apoſtolū. Inter hec venit prefectus orientis apamiam militari timore perterritus. vbi dum eſſet templum iouis valde precipuum ⁊ ornamentis plurimis variatum. cum prefectꝰ deſtruere nitebatur. Uidens autē forte, vnius edificium ac robuſtum: impoſſibile iudicauit hominibus lapidū iuncturas ⁊ cōmiſſiones poſſe diſſoluere. Erant enim ingentes ⁊ alterutris alligati inſuper ⁊ ferro plumboqʒ coniuncti. porro marcellus prefecti puſillanimitatem videns: cum quidē miſit ad alias ciuitates: ipſe ṽo ſupplicabat deo vt templi deſtruendi preberet occaſionē. Inter hec venit quidā ſponte diluculo. nō ſtructor. nō lapidum ſector. neqʒ alterius cuiuſcunqʒ peritus artis ſed lapides ferre ⁊ ligna in humeros conſuetus. Is ergo accedēs promiſit facile templum eſſe ſoluendum. qui tantūmodo accipere mercedē poſcebat artificū. Cūqʒ hoc ſanctus pontifex promiſiſſet: hoc ille machinatus eſt. Coherebat enim templo in altitudine conſtituto ex quattuor lateribus porticus. erantqʒ columne argentee ⁊ altitudinē templo habentes equalē ſingularum vero circulus columnarum erat. xvj. cubitorū. porro nature petre fortiſſime que non facile quibuſlibet ferramentorum generibus rumperetur. Harum itaqʒ tres per circuitus ſuffodiens. ⁊ ſub earum baſibus fortia ligna ſupponens: imiſit ignē. Quo facto non poterat naturaliter ignis accendi. Demon eteni quidā teterrimus apparuit qui flammā vires ſuas prohibebat operari. Cūqʒ frequenter hoc facerent ⁊ molitionem ſuam explere non poſſent: nunciauerunt hoc pontifici meridie dormienti. At ille repente ad eccleſiam cōcurrēs ⁊ aquam in vaſculo portari precipiēs: aquā poſuit ſub altari. ipſe vero in pauimento poſita fronte clementi dn̄o ſupplicabat. ne amplius tyrannidem demonis illam pateretur habere fiduciā: ſed vt infirmitatē illius enudaret ⁊ ſignū proprie virtutis oſtenderet: ne magis ex hoc infidelibꝫ exultationis occaſio naſceretur. Hec cum dixiſſet facto ſignaculo crucis in aqua: quendam dyaconū ſuum equitium fide ⁊ zelo munitum iuſſit ſumere aquam ſub altari poſitam. ⁊ velociter currere ⁊ cū fide aſpergere. ignēqʒ ſupponere. Quod dum fuiſſet factū: demon effugit non ferens aque virtutē Ignis aūt velut oleum habuit illius aque naturā. cōprehenſaqʒ ligna ſunt repente cōſumpta. Colūne ṽo ſuffulture ſolatio nudate. ⁊ ipſe ceciderunt. ⁊ alias duodecim vna traxerūt. Tum latus quod ipō tēplo coherebat violētia ruine depoſitum eſt. Sonus aūt totā concutiens ciuitatē cūctos fecit ibi cōcurrerēt dū inimici ipſius demonis aperte cognouiſſent fugā: ipſi in diuinis

laudibus ora ſoluebant. Sic enim ⁊ alia tēpla ſacratiſſimus pontifex ille deſtruxit. qui ⁊ victoribꝰ ſcribebat martyribus ⁊ reſcripta ſuſcepit. ⁊ nouiſſime etiaꝫ ipſe martyrio coronatus eſt.

# Capitulum .xxxv.

Hoc itaqꝫ tempore placuit vt preſbyteri qui erant ſuper penitentes cōſtituti remouerentur propter huiuſmodi cauſaꝫ. Ex quo nouatiani ab eccleſia ſunt diuiſi. cum his qui deliquerant ſub perſecutionibus decij cōmunicare nolentes. ex illo epiſcopi pro eccleſiaſtica regula preſbyteruꝫ ſuper penitentes eſſe conſtituerunt.

Quoniam omnino non peccare diuinū ⁊ vltra humanam naturam eſſe cognoſcitur: peccantibus autem ⁊ penitentiā agentibus veniam deus dari precepit. Qui vero confiteri refugiunt maius peccatorum onus acquirunt. Propterea viſum eſt antiqꝫ pontificibus. vt velut in theatro ſub teſtimonio eccleſiaſtici populi delicta pandātur. ⁊ hanc cauſam preſbyterū bone conuerſationis ſeruantemqꝫ ſecretum. ac ſapientem virum ſtatuerunt. ad quem accedētes hij qui delinquebant. delicta propria fatebātur. At ille ſcōm vnius cuiuſcunqꝫ culpam indicebat ei multa. Quod etiam hactenus diligenter in occidentalibus ſeruatur eccleſijs. ⁊ maxīe apd̄ Romam vbi etiam locus eſt certus penitentiū. Stant enim rei ⁊ velut i lamentationibꝰ conſtituti. Dum enim ſacra celebratio fuerit adimpleta. illi cōmunionem non percipientes. cum gemitu ⁊ lamentatione ſemetipſos in terra proſternunt. Ad quas cōcurrens epiſcopus ⁊ ipſe cum lachrymis ⁊ gemitu ſpirituali proſternitur ⁊ omnis eccleſie plebs fletibus inundatur. Poſt hec autem prior ſurgit epiſcopus ⁊ eleuat iacentes a terra. Tūc competenter pro penitentibus facta oratione. dimittit omnes. At illi afflictionibꝰ ſponte vacantes. aut ieiunijs. aut abſtinentia lauare. aut ſuſpenſione ciborum. aut rebꝰ alijs que iubētur expectat cōmunionis tempus quod decernit epiſcopus. Conſtituto vero tēpore velut quoddam debitū exoluentes. afflictione peccatum curati cum populo communione participantur. Hec ergo antiquitus romani pontifices vſqꝫ ad noſtrum conſeruauerunt tempus. Porro conſtantinopolim preſbyter ſuper penitentes fuit vſqꝫ ad aliud tempus: quod quedam mulier nobiliſſima dum peccata ſua fuiſſet confeſſa ⁊ ei a preſbytero preceptū vt ieiunaret ⁊ deo operibus ſupplicaret. dum hoc obſeruaret crebrius in eccleſia cum dyacono ſe cōcubuiſſe cōfeſſa eſt. Hoc dū populus agnouiſſet. ſeuiebat ſuper ſacerdotes quaſi per eos iniuria facta fuiſſet eccleſie. Tunc nectarius epiſcopꝰ remouit dyaconum ſceleratum ⁊ quibuſdaꝫ ſuadentibus vt ſingulos ad cōmunicanduꝫ iudicio conſcientie ſue relinqueret etiaꝫ preſbyterum nequaqꝫ ſuper penitētes eſſe precepit. ⁊ ex illo antiquitatis conſuetudo ſublata eſt. dum vt arbitror minora peccata ꝑ pudore confeſſionis ⁊ ſubtilitate examinantiū patrarentur.

# Capitulum .xxxvi.

Ignuꝫ itaqꝫ iudico nō tacere: q̄ apd̄ alios geſta ſunt. id eſt apd̄ arrianos nouatianos. macedonianos ⁊ eunomianos. Eccleſia nanqꝫ diuiſa erat ⁊ apud ſemetipſos ſinguli congregabantur. Quemadmodum enim ⁊ pro quibus cauſis diuiſi ſunt ſermone procedente narrabimus. Hoc autem ſciendum eſt. quia imperator Theodoſius nullum horum perſequebatur preter eunomium qui conſtantinopoli collectas in domo faciebat. et conſcriptos a ſe libros recitabat. ita vt eius doctrina multi corrumperentur: pro qua cauſa eū multauit exilio. nullumqꝫ alium fatigauit. neqꝫ ſibimet cōmunicare compulit. ſed ſingulos per loca propria collectas celebrare permiſit. ⁊ cultum tenere Chriſtianitatis ſicut percipere potuit. ⁊ alios quidem permiſit foris ciuitatem oratoria fabricare. Nouatianus autem cōcordes ſue fidei intra vrbem eccleſias habere conceſſit. de quibus pauca dicenda ſunt. Quadraginta annis agelius preſul fuit a temporibus cōſtantini vſqꝫ ad annū ſextū theodoſij. Qui cum veniſſet ad mortē. ſiſinniū preſbyterum ordinauit epiſcopum. virum eloquētiſſimū. ⁊ a maximo philoſopho vnacū Juliano imperatore litteris eruditū. Cūqꝫ populus nouatianoꝝ culparet ordinationē cur nō martianum potius ordinaſſet per quem ſub Valente nouatiani ſine perſecutione manſiſſent. tunc agelius populis volens placare triſticiam etiam martianum ordinauit epiſcopum. Et cum melius habuiſſet in eccleſiam proceſſit ⁊ ſermonem fecit dicens. Martianum habetis poſt me. poſt martianum vero ſiſinnium. Poſt paucos vero dies defunctus eſt.

Sub epiſcopatu vero martiani etiam; eorũ
eccleſia ac huiuſmodi cauſa diuiſa eſt.

# Capitulum.xxxvij.

Abbatius quidam ex iudeo Chri=
ſtianus factus. ⁊ a martiano ad pre
ſbyteratus honorem prouectus. ni
hilominus ſecte iudaice ſeruiebat. Cuz quo
ſcelere ambiebat epiſcopatum. Aſſumẽs er=
go ſui deſiderij conſcios duos preſbyterum
Theociſtum ⁊ macharium: nouitatem feſti=
uitatis paſchalis ſub valente imperatore cõ
ſtitutam. in vico phrigie pazo: defendere ni=
tebatur. ⁊ premium quidem quaſi pro eccle
ſie integritatis cuſtodia dicebat non eſſe di=
gnos quoſdam participatione ſacramento=
rum. procedente vero tempore manifeſta=
tus eſt. duz collectas proprias celebraret. In
ter hec martianus agnoſcens eius errorem
⁊ ordinationis ſue culpam. quoniam vane
glorie homines preſbyteros ordinauerat et
cum gemitu dicebat. melius fuiſſe ſuper ſpi=
nas poſuiſſe manus ſuas quam ſabbatium
ordinaſſe preſbyterum. Pro inde ſynodum
in ſangario bithinie nouatianorũ fecit epi=
ſcoporum. Quo congregati euocauerũt eos
vt coram ſynodo cauſas diſceſſionis ſue pro
ponerent. Cunq; ſabbatius diſcordiam fe=
ſtiuitatꝭ paſchalis ſuam diceret eſſe triſticiaz
⁊ oportere ſm iudeorum obſeruationem eaz
celebrari firmaret. ſicut in pazo fuerat conſti
tutum. eſtimãtes epiſcopi quoniam propter
ambitum ſabbatius talia perpetraret iuſiu=
randum ei impoſuerunt quia nunq; deſide=
raret epiſcopatum. Quo iurante regulam de
paſche feſtiuitate protulerunt que ſingulis
liceret quo vellent celebrare paſcha ne pro=
pter diſcordiam feſtiuitatis diuiderent eccle=
ſiam. cum antiqui ⁊ eccleſijs proximi licet di
ſcordantes de tali feſtiuitate cõmunicaſſent
tamẽ alterutris ⁊ nouatiani ĩ regia vrbe Ro
ma conſtituti nunq; fuiſſent ſecuti iudeos.
Sed ſemper poſt equinoctiũ celebrarent pa
ſcha. Cũ hec ab eis tunc fuiſſet regula diffi=
nita ſabbatius iuramentis ꝯſtrictus ſi quã=
do paſchalis feſtiuitas diſcordaret. ille apud
ſemetipſum precedentius ieiunabat. ⁊ no=
ctanter ſolẽnem diem paſche ſabbati celebra
bat. ⁊ rurſus cum omnibus in eccleſia cõue
niebat ⁊ myſterijs fruebatur. Hoc ergo mul
tis annis faciens. latere non potuit. Quapro
pter quidam ſimplicium ⁊ maxime phrigũ
⁊ gallatorũ ex hac re iuſtificari credentes ze=
labantur cum ⁊ paſcha cum illo celebrabãt.
Sed ſabbatius poſtea. ⁊ remotas collectas
faciebat. paruiq; pendens iuſiurandum ſuo
rum ſequaciũ ordinatur epiſcopus.

# Capitulum.xxxviij.

Ed mihi videtur huiuſmodi viros
de feſtiuitate paſche rationabiliter
cõtendiſſe neq; iſtos qui nũc ſequn=
tur iudeos. non enim mente perceperũt. quia
iudaiſmo in chriſtianitatez mutato. illa ſub
alia ⁊ figuratiua legis moſayce quieuerunt.
ꝙ hinc apparet iudaizare nanq; nulla gens
chriſtiana percepit. E diuerſo autem apoſto
lus etiam contradixit. Non ſolum circunci=
ſionem prohibens. Sed etiam de feſtiuita=
tibus contentioſe abijciendas monens ſcri
bens enim ad galathas ait. Dicite mihi qui
ſub lege vultis eſſe: legem non audiſtis. Et
hinc pauca loquens. ſeruum oſtendit popu
lum iudeorum ⁊ in libertatem vocatos. qui
accedunt ad chriſtum. Monet etiam nulla=
tenus obſeruandos dies ⁊ menſes ⁊ annos.
Coloſenſibus autem ſcribens voce magna
clamabat vmbram fuiſſe obſeruationes an=
tiquas. quapropter inquit nullus vos iudi=
cet in cibo aut in potu. aut in parte feſtiuita=
tis. aut initio menſis. aut ſabbato: que ſunt
vmbra futuri. Et ad hebreos idem apoſto=
lus ait. Mutato enim ſacerdotio. neceſſario
legis mutatio fuit. Unde igitur nec apoſto=
lus nec euangelia accedentibus ad predica=
tionem iugum ſeruitutis impoſuerunt. ſed fe
ſtiuitatem paſche ⁊ alias celebritates hono=
randas eſſe dixerunt. Quapropter quoniaz
diligunt homines huiuſmodi celebratores:
eo ꝙ in eis a laboribus requieſcũt. ſinguli ꝑ
prouincias ſicuti voluerunt memoriam ſa=
lutaris paſſionis antiquitus ex quadam con
ſuetudine celebrabant. Non enim hoc ſaluat
tor aut noſtri apoſtoli lege predicauerũt. nec
penam aut ſupplicium aut maledictum ſicut
lex moſayca iudeis. nobis euãgelia aut apo
ſtoli ſunt minati. ſed ſolummodo propter de
rogationem iudeorum. quoniam in feſtiuita
tibus homicidiũ cõmiſerunt in tempore azi=
morum ſaluatorem paſſum in euangelijs eſt
relatum. Intentio nanq; fuit apoſtolorum.
non de diebus ſancire feſtiuitatum. ſed con=
uerſationem rectam ⁊ dei predicare culturã.
Mihi ergo videtur quia ſicut multa alia ꝑ

prouincias ad conſuetudinem venerunt. ſic
⁊ paſche feſtiuitas tradita eſt: eo ꝙ nullus a=
poſtolorum hinc aliquid ſanxiſſet. nam plu=
rimi circa minorem aſiam antiquitus quar=
tadecima die obſeruare conſueuerant nō re=
ſpicientes ſabbati diem: ⁊ hoc facientes non
tamen ſegregabantur ab illis: qui aliter cele=
brabant. donec romane eccleſie victor epiſco
pus excōmunicationē quartodecimanis mi
ſiſſet in aſiam. Quo facto ireneus lugdunen
ſis gallicanus epiſcopus. victorem epiſtola
ſua culpauit. dicens. etiā veteres ita celebraſ=
ſe. ⁊ quia Policarpus ſmirne ciuitatis epi=
ſcopus q̄ poſtea ſub Gordiano ꝑncipe mar
tyrio coronatus eſt. a niceto epiſcopo roma
no cōmunicauerit nihil diſcernēs de paſcha
li feſtiuitate. cū ipſe quartadecimanus eſſet
ſicut euſebiꝰ in. v. eccleſiaſtice hyſt. libro do=
cet. Quidam igitur ſicuti dixi in aſia minori
loquitur: ſed hominum molimina huiuſmodi eſſe noſcuntur. Hoc dicto: flexus eſt perſarum rex. et rurſum ingreſſus vbi ignis inextinguibilis ſeruabatur. cum audiſſet vocem: iuſſit fodi locum. Tunc qui mittebat quaſi diuinam vocem inuentus arguitur. Iratus itaque rex magorum genus vſque ad decimam iuſſit iminui portionem. Hoc facto maruthe dixit vt templa que vellet edificaret. Ex hoc apud perſas ſumpſit xpianitas incrementum. Tunc ergo maruthas a perſis conſtantinopolim remeauit et non longo poſt tempore deſtinatus eſt. iterumque magi machinabantur ne eum ſuſciperet rex feceruntque fetorem quendam in loco vnde rex tranſire ſolebat. et quaſi a chriſtianis factum fuerit derogabant. Cumque rex ſuſpectos iam habens magos cum ſtudio requiſiſſet: denuo ab eis concinnatum eſſe cognouit. Quamobrem plurimos eorum ſupplicijs tradidit. maruthan uero potiori honore coluit et romanos valde dilexit. eorumque amplexatus eſt pacem. qui pene chriſtianus fieri potuit dum aliud miraculum per maruthan et ablatem pſidis epiſcopum prouniſſet. Ambo nanque moleſtum demonem a regis filio propulerunt. orationibus vacantes atque ieiunijs. Poſt hec autem digerde defuncto: antequam fieret chriſtianus: ad eius filium peruenit imperium. cuius tempore inter perſas atque romanos pacta ſoluta ſunt.

## Capitulum. ix.

Er idem tempus innocentius primus rome nouatianos perſequi cepit multaſque eorum tulit eccleſias. quo tempore roma eſt a barbaris depredata. Alaricus enim quidam barbaros ditioni romanorum et theodoſio imperatori ſubiens. atque contra eugenium tyrannum ſolacia prebens. et propterea romanis dignitatibus honoratus: felicitatem ſuam non ferens: imperare quidem non elegit: ſed diſcedens ab vrbe conſtantinopolitana: venit ad partes heſperias. Cumque veniſſet yllyricum: omnia ſubuertebat et tranſiens theſſaliam habita congreſſione circa fluuium primum: apud nicopolim epyri pene tria milia viros eius theſſalum peremerunt. Poſt hec autem quicquid eis incurreret deſtruentes nouiſſime romam venerunt. quam vaſtantes: plurima quidem miraculorum eius igne concremauerunt. pecunias autem abripuerunt. multoſque ſenatorij ordinis diuerſis ſubdidere ſupplicijs deridenteſque romanorum regnum: imperatorem fecerunt quendam nomine athalum quem vna die tam imperatorem fecerunt procedere. altera vero ſerui ſcemate miniſtrare. Hec dum egiſſent: alaricus in fugam repente conuerſus eſt fama procedente: quia theodoſius imperator contra eum miſiſſet exercitum que fama non fuit ficta. Reuera nanque exercitus veniebat. Fertur namque quando cum alaricus pergeret romam: vir quidam venerabilis conuerſatione monachus eum monuiſſet vt mala talia facere non auderet: neque necibus gauderet aut ſanguine. At ille. Non inquit ego volens romam proficiſcor: ſed quidam quotidie mihi moleſtus eſt torquens et dicens: Perge et romanam deſtrue ciuitatem. Hec etiam de hijs dicta ſufficiant.

## Capitulum. x.

Aſter hec celeſtinus rome ordinatur epiſcopus. qui etiam nouatianorum abſtraxit eccleſias. et eorum epiſcopum nomine ruſticulum in occulto coegit celebrare collectas. Vſque ad illud nanque tempus plurimas nouatiani habebant eccleſias. Porro conſtantinopolim non talia pertulerunt: ſed cum eos diligerent etiam intra vrbem eos collectas facere permiſerunt. Moriente vero Siſinnio nouatianorum epiſcopo: criſantus ad epiſcopatum trahebatur vir multis romanorum dignitatibus honoratus. Quo fugiente ſabbatius tempus ſe oportunum ad epiſcopatum veniſſe credens: fecit quoſdam ignobiles ſibi manus imponere iuſiurandum quod prebuerat paruipendens. Cuius mores cum populus abhorruiſſet: criſantum per loca omnia requirebant. Quem inuenientes in bythinia: inuitum ſacerdotium ſuſcipere coegerunt. Qui nihil percipiebat eccleſie niſi die dominico duos panes.

## Capitulum. xi.

Aſiquidem tempeſtate iudeorum domus ab Alexandria eſt huiuſmodi cauſa proiecta. Alexandrinorum populus inter alias generationes ſeditionibus eſt deditus. qui ſi occaſionem acceperit: importabilia mala committit. nam preter ſanguinem non ceſſat a lite. Contigit itaque tunc vt inter alterutros contentiones haberent. non propter neceſſariam cauſam: ſed propter ſtudium pantomimorum. Quia enim is qui ipſo die ſabbatorum ſaltabat plurimum habebat populum iudeorum. dum vacantes non auditioni legis: ſed theatris occuparentur. ea dies litigioſa extitit inter partes. cumque hoc aliquatenus fuiſſet ab Alexandrie prefecto correptum: nihilominus manſere iudei partis alterius inimici. et cum eſſent ſemper chriſtianis infenſi: contra pantomimos eorum amplius dimicabant. Tunc ergo oreſtis prefectus Alexandrie

festiuitatem quandā quā polliciam vocāt. in theatro celebrabat. vbi ⁊ aderant quidā amatorū cirilli diſpoſitiões pfecti volentes agnoſcere. inter quos qdã noīe gerax doctor puerilis litterarū. ⁊ cirilli feruentiſſim⁹ vehementer auditor ac ſollicitus plauſus in ei⁹ expoſitionib⁹ excitare. Hunc itaq geracem cū vidiſſet in theatro iudeorū turba clamabat aduerſus eū: quia pro nihilo venerit: niſi vt in theatro ſeditiões int populos excitaret. verꝝ oreſtis dudū habēs odiū contra cirilli ſuperbiam arreptū geracē publice fecit in theatro agi verberib⁹. Hoc cirillus agnoſcens: cõuocatis priorib⁹ iudeorū vt decebat ammonuit. ne cõtra chriſtianos ſeditiões vlterius excitarent. Porro turba iudeorꝝ hoc puipendēs: maiora ɔtra chriſtianos tractauerūt molimina. Dantes itaq ſibimet ſignū vt anulum factū ex palma oēs haberent i digito contra chriſtianos hoc modo dimicauerūt. Fecerūt eñ quoſdā de ſuis vna nocte per omnes ciuitatis diſcurrere regiões clamātes quoniā alexandri arderet ecclia. Ob quā rem chriſtiani vndiq cõcurrebant quaſi vt ecclie flammas extinguerēt. Porro iudei ignorātes interimebant: ſemetipos per ſignū anuli cognoſcētes. ac pcentes alterutrū. Facto aūt die: latere nequerūt. Ob hanc rem pmotus cirillus cū maxima multitudine ſynagogis aſtitit iudeorū ⁊ illas quidē abſtulit. iudeos autē expulit ciuitate. eorūq ſubſtantiā diripere pplis imperauit. Hoc ergo modo iudei a tēporib⁹ alexādri macedonis illā habitantes vrbem tūc nudi prorſus ſunt ⁊ p ſingula loca diſperſi. Adamanthius vero medicine ſophiſta conſtantinopolim veniēs: chriſtianū ſe fieri promittēs ⁊ poſtea reuerſus eſt in alexandriā. Igit alexandrie prefectus oreſtis valde contriſtabat eo q populoſam vrbē ita deſolatā repēte cõſpiceret. vnde etiā principi retulit qđ puenit. Sed ⁊ cirillus delicta iudeorꝝ impatori non tacuit ⁊ oreſtis amicicias cogente populo poſtulauit. Cumq pfectus amiciciarꝝ verba refutaret: euāgelia obtulit ei cirillus. ⁊ dū neq ſic eis corda ſubigerent: hec denuo puenerūt Monachorꝝ quidā in mõte nitria cõſtituti fautores theophili ex illo quo cõtra dioſcorꝝ iniuſte fuerat coarmatus. etiā pro cirillo libēter plia ſuſceperūt: relictiſq monaſterijs viri pene qngenti ⁊ veniētes ad ciuitatē pcedentē in carpento pfectū imolatorē ydolorū paganū clamabāt. At ille putās immiſſione cirilli factū clamare cepit. Chriſtianus ſum ⁊ ab artico conſtantinopolim baptiſatus. Illis hec verba deſpicientib⁹: ammonius quidā eorum prefectū petra pcuſſit in capite. Qui repente cõpletus eſt ſanguine. ⁊ recedentib⁹ officijs atq lapidū impetū declinantib⁹: cum paucis remanſit. Inter hec populus cõcurrebat: vt pfecti vindicaret iniuriā. detentūq ammoniū diu verberib⁹ caſtigauit: donec traderet morti. Non poſt multū hec nunciant imperatori. Corpus autē ammonij ſumēs cirillus in qdam ecclia ſepeliuit. eiq aliud nomē impoſuit vt nõ pro ſua culpa: ſed pro chriſto mortuus putaret. cui laudes. quaſi martyrib⁹ offerebat. Sed qui vere nouerāt. quia dignas ſuſceperat ſuo ſcelere penas cirillū valde culpant. Sed neq in hoc ſolūmodo cirilli ⁊ oreſtis aduerſitas cõquieuit quādo poſt hec aliud eſt exortum.

## Capitulum. xij.

Rat in alexandria quedā mulier hipatica filia theonis philoſophi. ⁊ in tantū erudita ſup oēs philoſophos eius tēporis emineret ⁊ in platonica ſchola a plutino veniētē ſuſciperet ipa ſucceſſionem atq oēs philoſophicas lectiones exponeret. Quapropter oēs currebant ad eā propter honeſtā doctrine fiduciā. Veniebat etiam ad iudices: nec habebat vllam verecundiam publice pmixta viris: dū eam cuncti pro ſua caſtitate venerarent. Tūc ergo inuidia cõtra hanc feminā eſt accenſa. Dum eñ crebro pergeret ad oreſtem: eccleſiaſticus populus motus aduerſus eam eſt tanq ipa cum ab amicicijs prohiberet epiſcopi. Quāobrem cõſpirantes viri acerrimo feruore pulſati quorum dux erat quidā petrus lector: obſeruauerunt mulierē ad propria remeantē. eamq de vehiculo deponentes ad eccliam que vocatur ceſaris traxerūt ⁊ veſtibus exutā lapidib⁹ peremerūt. quā poſtea mēbratim dilacerātes in loco qui dicit cinarus igne cõcremauerūt. Hec res non mediocrē liuorē Cirillo ⁊ alexandrine concuſſit ecclie. Aliene namq ſunt a chriſtianis cedes ⁊ pugne. Hec igit acta ſunt qrto anno epiſcopatus cirilli conſulatu honorij decimo. ⁊ Theodoſij ſexto, menſe martio ieiunijs exiſtentibus.

## Capitulum. xiij.

Oſt paucū itaq tēpus iudei rurſus illicite contra chriſtianos agētes puniti ſunt. in loco qui dicit meſtar: po

ſito inter calcidē ⁊ antiam ſyrie. Hic itaq; iudei conſuete quedã riſibilia celebrantes per ebrietatē accenſi inter alia chriſtianis ipſiq; chriſto derogare ceperunt: deludentes crucē ⁊ ſpem in eo qui eſt crucifixus habētes. Cõprehendentes ergo infantulũ chriſtianũ alligatũ cruci ſuſpenderũt. et primũ quidem deludebãt ei et irridebant. poſtea vero correpti veſania: ipſum infantulũ verberib; peremerunt. Ob hoc ergo dira congreſſio inter eos ⁊ xpianos exorta eſt. Qđ dũ principes agnouiſſent prouinciarũ iudicibus mandatũ eſt: vt huius quererent auctores. ⁊ punirentur. ⁊ hoc modo dignam vltionem ſua nequicia ꝑceperunt.

## Capitulum. xiiii.

A ſiquidē tempeſtate iudeus quidã ſeductor ficta xpanitate crebro baptiſatur ⁊ hac arte pecunias congregabat. Cũq; multis hereſib; illuſiſſet arrianorũ atq; macedonianorũ: poſtremo ad eccleſiam venit orthodoxorũ. Cui dũ tẽpus ieiuniorũ fuiſſet impoſitũ multis adhuc dieb; occuparetur: cepit feſtinare vt quaſi in feruẽti ſtudio baptiſmatis dona ꝑciperet. Preparabat bap tiſma ⁊ veſtis cõgrua baptiſatis. Cũq; fons fuiſſet impletus: deducitur iudeus ad baptiſandũ. Tunc quedam inuiſibilis dei virtus aquã diſparere ꝑcepit. Cumq; preſentes nõ cogitantes dei virtutē aquã per cuniculũ propriũ defluxiſſe ſuſpicarent: diligenter vndiq; clauſũ rurſus impleuerũt fontē. et denuo deducto iudeo aqua diſparuit. Tũc ſacerdos. quid mali inquit feciſti o homo. an certe neſciens baptiſmo iam potitus es? Ob quã rē cum diuerſi concurrerent: quidã iudeũ recognouit quē baptiſatũ ab artico epiſcopo ipſe ſuſceperat et hoc modo illius fraus vniuerſis apparuit.

## Capitulum. xv.

Praterea defuncto digerdo rege perſarum: eius filius barrabanis ei ſucceſſit. Hic inſtigatus a magis crudelibus torquebat ſupplicijs xpianos. Cumq; chriſtiani apud perſas opprimerent conſugiunt ad romanos eorũ petentes auxiliũ quos articus epiſcopus libent excipiens. eoſq; quãtũ erat poſſibile fouēs que geſta fuerant theodoſio nunciauit imperatori. Eo quoq; tẽpore etiã alia cauſa prouenerat que romanos ꝑſis faciebat infenſos. quoniã per ſe auriſoſſores quos a romanis ad mercedes acceperãt reddere cõtemnebant. ⁊ quia onera negociatorũ romanorũ violenter abſtulerant. Cũ illa ergo ingratitudine etiam chriſtianorũ ad romanos cõfugientiũ cauſa eſt adiecta. Mox ergo perſarũ rex legatos mittit repetēs fugiētes. Porro romani nequaq; ad ſe cõfugiētes voluerũt reddere. non ſolũ ſupplices liberare ſtudentes: ſed pro chriſtianitate libenter omnia ſuſtinere. Quãobrem dimicare q̃ perituros chriſtianos tradere potius elegerũt. Solutis ergo ꝓpter hoc pactis bellũ crudele cõmiſſum eſt. de quo abſurdũ nõ eſt pauca narrare. Romanorũ ergo impator miſit exercitũ cui prefuit militie magiſter ardaburius. Is eñ perſicam regionē per armenie fines ingrediens: vnam eius prouinciã azamenſem valde vaſtauit. Cui cũ plurimo exercitu Narſeus dux parthorũ regis occurrit. factaq; congreſſione deuictus eſt. Quo facto cogitauit ꝑ meſopotamiã romanorũ prouinciã ſine cuſtodia cõſiſtentē inuadere ⁊ hoc modo de romanis vlciſci. ſed romanorũ ducē narſei conſiliũ latere non potuit. Depredatus eñ aza et enam velociter regionē ⁊ ipē meſopotamiam venit. et ideo narſeus licet multũ habuiſſet exercitum: romanorũ terras introire nõ potuit: ſed veniēs ad niſibin perſarũ ciuitatē in confinio conſtitutam: ardaburio mandauit vt diem ⁊ locum ſtatueret preliorũ. At ille venientibus. nunciate inquit narſeo. quia nõ quando tu volueris: romanorũ pugnabũt imperatores. Uerũ impator deo ſoli ſpiritũ belli cõmittēs deſtinauit exercitũ. ⁊ quia fidelit deo ſupplicans repente impetrauit auxiliũ. Hinc datur agnoſci cum cõſtantinopoli pro euentu bellorũ eſtuatio magna cõſurgeret: angeli dei iter agentib; per bythiniam ad vrbem cõſtantinopolim ſe demonſtrauerunt iubentes vt cõfiderent ⁊ orarent ⁊ deo crederent. qa romanos victoria ſequeretur dicentes ſe mediatores belli directos a deo. Hoc auditũ nõ ſolum ciuitatē: ſed etiã milites confortauit. Cumq; ad meſopotamiã bellũ fuiſſet de armenie regione tranſlatũ romani pſas niſibi clauſos fortiter obſidebãt ligneas turres facientes aduerſus eos. eaſq; cõtra muros applicantes ⁊ plurimos de muris contra ſe pugnantiũ pimentes. Porro barrabanus perſarum rex audiens aza zenam regionē ab eis fuiſſe vaſtatã. ⁊ eos qui in niſibi clauſi videbant obſeſſos: ſeipm cũ magno exercitu preparauit occurrere. miratus quoq; romanorũ

virtutem ſarracenorū ſolatia poſtulauit. quorum tunc erat rex alamandarus vir fortis et preliator. Qui dum multa milia ſarracenoꝝ haberet: perſarū regi victoriam promittebat. ſicq; ei anthiochiam ſirie traditurum. ſed nō contigit quod putauit. Deus enim omībus ſarracenis quendā irrationabilē metum latēter iniecit. ita vt putarēt ſibimet romanos inſiſtere turbatiq;: nec habentes quo fugerent: in fluuiū Eufraten ſemetipſos armati proijciebant. vbi plus q̄ centum milia necati atq; conſumpti ſunt. Hijs itaq; prouenientibꝰ niſibin obſidentes cū audirent perſarum regeꝫ plurimos elephātes adducere: perterriti cuncta quidem obſeſſionis machinamenta concremauerunt ⁊ ad propria loca reuerſi ſunt. Que vero congreſſiones poſtea prouenerint ⁊ quomodo adreobindas alter romanorum magiſter militū fortiſſimū perſarum monachum interemit. quomodo ardaburius ſeptē fortiſſimos perſarū duces inſidijs captos occidit. vel quomodo Gratianus alter dux romanorū reliquos ſarracenos extinxit preter eundū eſt. ne videar multum a propoſita relatione digreſſus. Que tunc igitur gerebant̄ velociter imperatori theodoſio nūciata ſunt. Quomodo autē hoc cito cognoſceret: indicare non piget. Inuenit quendā virum animi. habitū: corporiſq; fortiſſimū nomīe Palladius. qui tanta velocitate veredas agebat vt tribus diebus perueniret ad termīos romanorū atq; perſarū. ⁊ rurſus totidem remearet ad conſtantinopolim ciuitatē. Is enim etiā alios romani imperij terminos velociter tranſibat. De quo quidam eloquentiſſimus ſic ait. Iſte vir cū ſit lata romana reſpublica: eā paruulam ſua velocitate demonſtrat. Que etiaꝫ perſarum rex ſepius admiratus eſt. Romanorū igit̄ imꝑator licet viderat apta collataꝫ ſibi a deo victoriam: proueniſſe tamen paceꝫ non diſſimulauit expetere. Miſitq; belioneꝫ virum prudentem ⁊ honoratum vt cū perſis loqueretur. Qui cū veniſſet meſopotamiam vbi erant foſſata romanorꝫ: miſit pro pace perēda legatariū. quendā maximū virum eloquentiſſimū ardaburij magiſtri militie conſiliarium. Qui pro pace veniens ad perſarum regē miſſum ſe nō ab imperatore ſed a ducibꝰ aſſerebat dicens: quia hoc bellum pro ſui cōtemptu: neq; perueniſſet ad principem. Cumq; perſarum rex paratus eſſet vt legatarij verba ſuſciperet: quia fame eius laborabat exercitus veniens numerus qui apud eos imortaliū appellatur. Eſt enim decem milia virorum valde fortiſſimorꝫ non dixerunt prius pacem cū romanis eſſe faciendaꝫ q̄ ipſi ſine cuſtodia conſtitutos inuaderent. Quibꝰ verbis perſuaſum eſt regi vt ſe a pace ſuſpenderet. Tunc legatarium quidē clauſum ſeruari fecit. ⁊ miſit numerū immortaliū dimicare cōtra romanos. Qui venientes in duas acies diuiſi medos habuere cōtra romanos. Porro enim romani vnam perſarū videntes aciem contra eam ſe preparabant. aliā non vidētes que paulatim acceſſit ad pugnā. Cumq; ergo iam cōgreſſio pene eſſet in opere: dei ꝓuidētia ex quodam colle exercitus alter apparuit romanoꝝ cum duce procopio. Qui cum videret ſocios in periculo: inſtabat a dorſo ꝑſarum. Tunc in medio cōcluſi qui circunderant p̄mo romanos in momento ab eis extincti ſunt. Quo facto romani ad alios qui erant in ſubſidijs poſiti cōcurrerūt: eoſq; fortiter iaculati ſunt. Sic igitur qui immortales appellabant̄. omēs mortales apparuerūt. penas exigente chriſto de gente perſarum. eo q; plurimos eius famulos occidiſſent. Porro rex perſarū infortunij ſui cauſaꝫ agnoſcēs ſimulabat ſe neſcire quod geſtum eſt. ſuſcepitq; legationē dicens legatario romanorum. Non bello cedens pacem amplector. ſed tibi preſtare volens. quia omniū romanorū te ſapientem cognoſco. Et hoc modo belluꝫ propter chriſtianos exortum de parthorū regione ceſſauit. Contigit enim cōſulatu honorij terciodecimo. ⁊ theodoſij decimo.

## Capitulum. xvj.

Tunc igitur acacium amide ciuitatis epiſcopū. actus optimꝰ reddidit clariorem. Cum enī romani milites captiuos perſarum de azazena regione vaſtata reddere regi parthorū nullo modo vellent. captiui fame conſumebant̄. cum eſſent circa ſeptem milia. Quod perſarū regem nō mediocriter contriſtabat. Tunc igitur acacius conuocās clericos ſibi ſubiectos. viri inquit fratres. deꝰ noſter nec diſcis nec calicibus opꝰ habet nam neq; comedit neq; bibit. ⁊ qꝛ multa vaſa aurea ⁊ argentea eccleſia noſtra ex oblatione chriſtianorū habet. cōuenit ex hijs liberari exercitū. captiuorū egentibuſq; cibos afferri. Hec ⁊ hijs ſimilia cum dixiſſet: cōflauit vaſa ⁊ militibus dedit preciū captiuorū. Quos cum recreaſſet cibis datiſ ſumptibus ad regem propriū deſtinauit. Hoc mirabile

opus acacij perſarum rex magis obſtupuit: q̄a ⁊ bello romani ⁊ beneficio euiciſſent. Aiūt enim: quia etiam deſideriū habuerit perſarū rex vt videret acaciū ⁊ hoc theodoſius prohibuerit imperator.

## Capitulum. xvij.

Ictoria ſiquidē auxilio dei collata romani plurimi pollentes eloquijs cōſcribebant laudes imꝑatoris. cuius vxor heroico metro poemata multa cōfecit. Erat em̄ eloquens filia leontis ſophiſte athenienſis. a patre omnibꝫ lectionibꝫ erudita. Quā dum imperator ducturus eſſet vxorem. chriſtianā atticus fecit epiſcopꝰ. ⁊ in baptiſmate cū prius vocaretur athenais. eudoxie nomen impoſuit. Multi em̄ ſicuti dixi volētes innoteſcere. alij per ſuā facundiam preconia imperatoria conſcripſerūt. ego vero innoteſcere cupiens nec facundia ſermonis oſtendere cū veritate imperatoris bona memorare ſtudeo: quia damnoſa ſunt ſi taceantur. Primū itaq̄ regaliter natus atq̄ nutritus nihil habuit tepidū: ſed ſic ſapiens fuit vt inter cōfabulantes experimentū omniū crederetur habere cauſarū. Perdurabat in frigore ſimiliter ⁊ in eſtu. plerūq̄ ieiunabat et maxime quarta feria ⁊ ſexta ſtudio chriſtianitatis nec aliter q̄ȝ monaſteriū regalia videbantur. Ipſe nāq̄ matutino ad ſuas ſorores pergēs diuinas dicebat laudes. Quamobrem etiā ſacras litteras ſine codice recitabat: loquentibus epiſcopis velut olim ſacerdos factus ex diuina lectione reſpōdebat. cōgregabatq̄ ſacros codices. ⁊ quos cū quilibet eorū interpretes ſeu expoſitores ꝯſcripſiſſe videbatur. plus q̄ȝ ptholomeus ſtuduerat philadelfus. Patientia atq̄ clementia vniuerſis hominibus eminebat. Nam iulianus imperator licȝ philoſophus diceretur. non tamē antiocenſiū portauit iniuriam. ſed maxima theodoro tormēta indignatus impoſuit. Porro theodoſius multū gaudens ſylogiſmis ariſtotilis philoſophiā exercebat operibꝫ. iram. triſticiā. libidineſq̄ deuincens. ⁊ in nullo ſe vlciſci deſiderans. Dū igitur a quodā familiariū interrogaretur cur nullum ſe ledentiū morti ſubijceret vtinā inquit eſſet mihi poſſibile ad vitam etiā mortuos reuocare. Quem dū alter pro ea cauſa requireret. non eſt inquit magnū neq̄ difficile hominē mori. quia neq̄ deo ſoli ſemel mortuuȝ ex penitentia ſuſcitare. Sic enim fuit clemens. vt ſi quando quiſpiam dignū aliquid morte cōmitteret. nec vſq̄ ad ciuitatis portas moriturus perueniebat: ſed ex eius clementia continuo reuocatio ſequebatur. Dum alio tēpore ipſe in amphiteatro conſtantinopoleos expectaret. cepit clamare populus crudelis beſtia. ⁊ artifex parabulus pugnent. At ille. neſcitis inquit quia cōſueuimus nos expectare clementer? Tanta em̄ pietate ꝑcelluit. vt omnes quidē deo conſecratos honoraret: precipue tamen quos audiebat venerāda actione pollere. Fertur autē quia dum conſtantinoli epiſcopus chrebronenſis fuiſſet mortuus. ſagum eius valde ſordidiſſimuȝ queſierat. eo q̄ circūamictus ſit. credens aliquid ex defuncti ſanctitate promereri. Cū aliquando aeris tēpeſtas eſſet. et ille circū propter populuȝ expectaret. pleno circo tempeſtas vehemētius agebatur multo ymbre diffuſo. Cumq̄ hoc fieret ſuam voluntatē imperator aperuit. fecitq̄ per preconē clamari: quia melius eſſet ſpectaculū cōtemnere. ⁊ om̄es rogare deum vt illeſi ab imminēte tēpeſtate ſeruarentur. Quo dicto cuncti deo magno cuȝ gaudio ſupplicantes. hymnos cōcorditer offerebant ⁊ tota ciuitas velut vna pſallebat eccleſia. In medio aūt imperator exiſtēs priuato ſcemate properabat: nec ſpe ſua fruſtratus eſt. Repente namq̄ aer ad ſerenitatē diuina clementia reuocatus. annū prebuit frugibꝫ vniuerſis vberrimuȝ. Si quando bella mouerentur. ſcd̄m dauid cōfugiebat ad deū. ſciens eum prelioꝝ auctorē. inimicos orationibus ſuperabat.

## Capitulum. xviij.

Oſt paululū itaq̄ tēpus perſici belli defuncto imperatore honorio conſulatu aſclipio doti ⁊ marximiani auguſto menſe quo iohannē tyrannū deo ſe cōmittens ſuꝑauit enarrabo. Sicut em̄ tunc ſub moyſe hebreis contigit rubrū trāſire mare. talia etiam eius ducibꝫ euenerunt duȝ eos mitteret contra tyrannū. Defuncto ſiquidem ſicuti diximꝰ honorio principe. cognoſcens theodoſius celauit factū. ⁊ alia dicēdo diuerſorū ſuſpitionibꝫ obuiauit. Inter hec mittit magiſtrū militum in ſalonas ciuitatē dalmaciarum. vt ſi qua bellorū cōmotio proueniret circa partes heſperias vicinus adiutor eſſet. Quo facto mortē patrui patefecit. Inter hec iohannes primus impalium conſcriptoruȝ non ferens ſuam felicitatē: imperiū contendit arripere. Miſitq̄ legatos ad imperatoreȝ theodoſiuȝ. petens vt eius ſuſciperetur imperiū

At ille legatos quidem retruſit in carcerē: miſitq; magiſtrū militū ardaburiū qui multū laborauerat apud perſas ſalonā. Ueniēs exinde nauigauit aquileiam. cōtigitq; ventū aduerſum. flare ita vt tyranni manus incideret. Quo capto. ſperabat ad neceſſitatē peruenire theodoſiū. vt per hoc cū diſcerneret imperatorē ſi vellet magiſtrū militū liberare. Imperator tamen vt audiuit factum eſtuabat ne quid mali ardaburius ſuſtineret.

Aſpar ꝟo ardaburij filius cognoſcēs patrē a tyrāno teneri. ⁊ multa milia barbarorū in ſolatio tyranni conſiſtere quid faceret ignorabat. qui tunc imperatoris oratione ꝑualuit. Angelus em̄ dei ſub ſcemate paſtoris educebat aſſparē ⁊ om̄es q̄ cū eo erant. ac per paludē adiacentē rauenne ad loca ſperata peruenerūt. In ea nanq; ciuitate tyrannus degēs habebat exercitū. vnde nullus aliquando tranſiſſe fertur. Tunc ergo deus inadibilē terram fecit adibilē. Tranſeuntes nāq; per ſiccam paludis aquā apertaſq; inuenientes ciuitatis portas. tyrannū quoq; detinuerunt. Tūc ergo pijſſimus imperator reuerentiā quā circa diuinitatē habebat oſtendit. Dum em̄ circū expectaret. nunciatū eſt ei tyrannū fuiſſe peremptū. Quamobrem ſermonē fecit in populo dicens. Uenite ſi placet relinquentes hanc voluntatē. ⁊ ꝑgentes ad eccleſiam gratificos deo ſoluam⁹ hymnos. cuius manus tyranni ꝑſumptionib; obuiauit. Quo dicto ſpectaculo ceſſante. per medium circū cuncti cum eo cōcorditer gratias agentes ad eccleſiā ꝓuenerunt. ita vt tota ciuitas vna videretur eccleſia: veniēteſq; ad locū orationis iugi die gratias domino retulerunt.

¶ Explicit liber Undecimus eccleſiaſtice Tripartite hyſtorie.

# ¶ Incipit liber Duodecimus eccleſiaſtice Tripartite hyſtorie.

## Capitulum. Primum.

Igitur occiſo tyranno cogitabat theodoſius imꝑator cui deberet heſperiarū regnum cōmittere. Tūc valentinianus erat valde puer natus ex matre placidia ei⁹ q̄dē amica. filia ꝟo maioris theodoſij. archadij ⁊ honorij. ⁊ ſorore de patre conſtantio. q̄ ab honorio imperij iura ſuſcepat paruoq; tp̄e cū eo regnauerat. hūc ergo valētinianū cōſobrinū ſuum ceſarē factū. mittit ad p̄tes ytalie cū q̄ matrē placidiā. eiq; vniuerſam diſpoſitionē cōmiſit imperij. Cūq; voluiſſet ipſe quoq; ytaliam ꝑgere. vt cōſobrinū ſuū ad ſuū impij culmen eueheret. quatin⁹ ſui vigore tyrānorum remoueret audaciā. veniēs vſq; ad theſſalonicā languore ꝓhibit⁹ eſt Quāobrē coronā imperialē poſt hec conſobrino ꝑ patriciū ſtiliconē mittēs conſtantinopoli remeauit. Hec de talib; retuliſſe ſufficiāt. Legit̄ atticus ep̄s cauſas eccl'ie ſapiētia mirabiliter diſponebat. doctriniſq; ꝑplm ad ꝟtutis ſtudiū prouocabat.

## Capitulum. ij.

Umq; videret diuiſā eccl'iam cū iohānite ſeorſū apud ſemetipſos ſacra ſolēnia celebrarēt. iuſſit vt in oronib; memoria iohānis haberet̄. ſicut aliorū dormientiū epiſcoporū fieri cōſueuit. ꝑ hoc ſperās ꝑl'imos ad eccl'iam reuocari. larg⁹ aūt ſic erat. vt nō ſolū pauperib; ſuaꝝ parrochiarū. ſed etiā in vicinis ciuitatib; multas pecunias pro egentiū ꝯſolatiōe mitteret. Calipio nāq; p̄ſbytero eccl'ie nicene trecentos aureos dirigens hec ſcripſit. Calipio. atticus in dn̄o ſalutē Cognoui decē milia eſuriētes in ciuitate ap̄ꝗs exhibenda egere miſc̄dia. Decē milia ꝟo cū dico multitudinē intelligo nō ꝑfectum nūerū cōprehendo. Quia igit̄ ego q̄dem habeo ꝑceptū nūeꝝ datū ab eo q̄ manū h; munificā. ⁊ ꝑbet cōgrue diſpēſantib;. ⁊ cōtingit aliq̄s indigere. būtes nō t̄n q̄eſcentes ſuſcipiens o chariſſimū mihi caput hos trecētos ſolidos expēdi ſicuti voluer̄. ⁊ marie illis q̄ petere cōfundunt̄. ⁊ nō eis q̄ ꝓpter vite ventres

magis negociant᷑. Ex talib⁹ igit᷑ noli religionē in hac pte cōſiderare. ſed vnā tātumīnō rē obſerues vt nutrias indigētes. nec cogites ſi q̄ nr̄a ſunt ſapere nō vident᷑. Sic igit᷑ atticus etiā procul indigentiū habebat curam. ſed etiam ſupſtitionē aliquorū ſtudebat abſcidere. Audiens eteni nouatianos iudaicū paſcha ſequētes propter ſabbatiū fuiſſe diuiſos eiuſqꝫ corpus ab inſula rhodi vbi mortuus fuerat fuiſſe tranſlatum. et plurimos ad eius tumulū orare noctanter mittentes in aliud ſepulchrum corpus ſabbatij iuſſitqꝫ abſcondi At illi conſuete venientes. effoſſumqꝫ reperiētes tumulum. de cetero eū locum colere quieuerunt. Erat enim circa nomia locoꝝ ſtudioſus. Nam dū quidam portus in ore ponti euxini conſtitutus ex antiquo farmacus appellaretur. id eſt venarius. mutato nomine eum locum ſenatoriū nomiaret: nedum ibi collecte predicarent᷑. nomine blaſphemo loc⁹ ipſe deſignaretur. Sed ⁊ aliū locum argyropolim pro huiuſmodi cauſa nominauit chryſopolis. Hec in capite biſſori conſtituta eſt. cuius multi antiquorū faciunt mentionē. De qua ciuitate xenofon in p̄mo libro helladicorū dicit. quia eam murauit alchibiadis. et in ea conſtituit. vt qui nauigabant de ponto decimas ibi preberent. Uidens ergo atticus locum in cōtraria ripa chriſopoleos poſitū delectabilem ⁊ decorū. ait. Argyropolis nominet᷑: qui locus eius repente cognomen obtinuit. Igitur quibuſdam dicentib⁹ ei nō debere nouatianos intra ciuitatem miſſas facere. Neſcitis inquit quantū nobiſcum perſecutione conſtantij atqꝫ valentis fuerint paſſi: qui etiā teſtes ſunt noſtre fidei. Nam cū dudum eccleſia fuerit diuiſa: iſti circa fidem nihil innouauerūt. Pro epiſcopi ordinatione aliquādo veniens in niccam. aſclepiadē nouatianorū vidit epiſcopum valde ſenem: interrogauitqꝫ quot in epiſcopatu ānos haberet. Quo reſpondēte. quinquaginta: felix inquit homo eſt. tanto tempore boni operis curam agens Super hec ait. Ego quidem nouatū laudo: nouatianos non approbo. Tunc aſclepiades Quo modo dicis hoc epiſcope. Uerum atticus illum inquit laudo. quoniā hijs qui ſacrificauerāt cōmunicare noluit. hoc etiā ego ipſe feciſſem: nouatianos autē non laudo. q̄a pro vilibus vicijs laycos cōmuniōis gratia excludunt. Aſclepiades extra ſacrificandi inquit peccatū. etiam alia plurima ſunt delicta ſcd̄m ſcripturas que ducunt ad mortē. propter que vos quidem clericos. nos etiam cōmunicare laycos prohibemus. deo ſoli eorū remiſſionis iudiciū cōmittentes. Atticus ergo etiam ſuā preſcribit mortem. Nam cum a nicea diſcederet. calliopio preſbytero dixit. Ante autumnū conſtantinopolim venire feſtina. ſi viuum me denuo videre deſideras: ſi tardaueris. non videbis. Quo dicto mentit⁹ non eſt. Anno namqꝫ viceſimoprimo ſui epiſcopatus. decima die mēſis octobris eſt mortuus. conſulatu theodoſij decimi. et valentiniani ceſaris primi.

## Capitulum. iij.

Vero theodoſius imperator a theſſalonica reuertentes eius exequias non inuenit. Ante vnum nāqꝫ diem quā ingrederetur: ille ſepultus eſt. Poſt paucos vero dies. id eſt viginti tres menſes octobris: nunciatū eſt: quia valentinianus inſulā ſuſcepiſſet imperij. Poſt obitum igitur attici fit maxima de epiſcopi ordinatione ꝯtentio. alijs alium poſtulantibus. Quidam philippum preſbyterū querebant. alij proculū. quidam preſbyterū: ſed omnis populus cōmuniter deſiderabat ordinari ſiſinniū. qui ⁊ ip̄e preſbyter quidem erat. in nulla tamē ciuitate ordinatus: ſed in ſuburbano conſtantinopolis: cui nomen oliua eſt miniſtrabat: hoc ſuburbanum eſt poſitū contra faciem ciuitatis. vbi dies aſcenſionis ſaluatoris ſolemniter celebratur. Hunc ergo virum omnes layci deſiderabant pro ſui reuerentia: ⁊ maxime quia fouebat pauperes vltra ſui menſuram. Preualuit ergo votum laycorū: et ſiſinnius ordinatus eſt. viceſimaoctaua die menſis februarij. conſulatu ſequenti theodoſij duodecimi et valentiniani minoris ſecundo. Philippus autem preſbyter. cui prepoſitus erat ſiſinnius in hyſtoria chriſtianica: quam triginta ſex libris ip̄e conſcripſit. ordinationē ſiſinnij valde lacerauit. derogans ordinato ⁊ pariter ordinantibus. et maxime laycis. Is enim Philippus a iohanne epiſcopo dyaconus ordinatus. multa quoqꝫ conſcripſit cōtra iulianum imperatorem: cuius tamen hyſtoria mihi multam videtur habere confuſionem. et non ſatis prodeſſe legentib⁹. Siſinnio igit᷑ ordinato cōtigit epiſcopū obire cizicenū. Tunc ſiſinnius: proculū in cizico cōſecrauit. Qui anteqꝫ proficiſceret᷑ ad cizicū: ciues ꝑcedentes dalmatiū monachū epm̄ ſibimet ordinarūt. ꝑuipendētes regulā qua iube

tur pter constantinopolitanum pōtificem or dinationē ibi fieri nō debere ideo ciziceni neglexerūt. quia attico soli hec lex personaliter prestita videbatur. Māsit ergo proculus nō habens ecclesiam propriā qui tamē in doctrina ecclesiarū cōstantinopolitanarū valde florebat. Igitur sisinnius cū duos in episcopatu complesset annos defunctus est. consulatu hierij ꝛ ardeburij vicesimaquarta die mēsis decembris. vir famosissimus castitatis rectitudine vite sue. quāobrem curiosis viris inefficax videbatur.

# Capitulum. iiij.

Defuncto sisinnio imperatoribus visum est nullū ex cōstantinopolitana ordinari pōtificem: eo ꝙ essent vane glorie ꝛ sibimet arrogantes. cū vtiqꝫ multi philippū. plurimi proculū habere desiderarent. Interea nestori⁹ venit ab antiochia euocatus. Erat em̄ ibi quidā nestorius noīe genere germanicīensis bone vocis et simul eloquij. ideoqꝫ eum q̄si oportunū doctrinis euocauerūt. Cumqꝫ transissent tres mēses nestorius venit ab antiochia. qui castitate int̄ plurimos p̄cipuus habebatur. Quib⁹ autē fuerit moribus institutus: sapientes a primo ei⁹ sermone non latuit. Ordinatus em̄ decima die mēsis aprilis cōsulatu felicis ꝛ tauri. mox illam diuulgatā coram omni populo protulit vocē: faciens sermonē ad principē. Da mihi o imperator terrā purgatā ab hereticis. et ego celū tribuo. ꝛ debella mecū hereticos. ꝛ ego debello persas. Hec cum dixisset. licet q̄dam odio haberēt hereticos. tamen leuitas sensus eius ꝛ indignationis initium ꝛ vane glorie tumor. eis valde displicuit: quia neqꝫ puulum tempus sustinens ad talia verba descendit. ꝛ scd̄m prouerbium. vt ita dicam cū neqꝫ ciuitatis adhuc gustasset aquā persecutor feruentissimus apparebat. Quinta p̄o ordinationis die oratoriū arrianorum. in quo latenter cōueniebant. auferre volens. eos ad tantū furorem perduxit. vt idem oratoriū cōcremarent. Que causa etiam vicinas cōsumpsit edes: turbatioqꝫ vehemens in ciuitate puenit. Uerum arriani semetipsos defendere pparabant: sed eorū consiliū custos ciuitatis dominus impediuit. De cetero autē ip̄m nestorium vocabant incendium: non solū heretici: sed etiā qui eius fidei concordabāt. Nō enim silere patiebant̄. sed semper cōtra hereses machinatus quantū ad se. subuertit funditus ciuitatem. Nouacianos autem depopulari temptabat. eo ꝙ paulus episcopus pditus esse reuerentia diceretur. sed proceres eius impetū refrenarunt. Que vero circa asiam. lidiam. cariam cōtra quartadecimanos mala cōmiserit: et quanti propter eum circa miletum ꝛ sardis. facta seditione sint mortui nunc omitto. quam vero propter hec. et propter ineffrenatam linguā receperit vltionem. post pauca narrabo. Nunc ita res memorabilis indicanda est. Quedā gens vltra renum fluuium est burgundionum. isti vitam quietam agunt. ꝛ pene omnes fabri lignorū sunt. ex qua mercede pascunt̄: quorum regionē huni crebra inuasione vastarūt. et plurimos occidebant. At illi licet anxietate constricti. ad nullum se tamen hominū contulerunt. sed alicui se cōmittere deo cogitabant. Tunc audientes: quia romanorū deus fortiter adiuuat se timentes. omnes cōmuni concilio ad credulitatem christi confugiunt. venientesqꝫ in vnam ciuitatem galliarū: rogabāt vt ab episcopo christianum baptisma mererentur. At ille eos septem diebus faciens ieiunare ꝛ imbuens fide. baptisatos octaua die abire precepit. Qui sumpta fiducia contra tyrannos. alacriter festinātes. ꝛ spe sua priuati nō sunt. Nam rex hunorum nomīe suptarus. cū per noctem fuisset ciborum nimia voracitate corruptus: burgundiones hunorū gentem inimicam sine duce reperientes: et pauci plurib⁹ resistentes: facta congressione vicerunt. Nā cum essent isti tria milia. circa decē milia peremerunt: et ex illo cuncta gens feruentissime in christianitate permansit. Eo tempore Barbas arrianorū episcopus est defunctus. consulatu theodosij ꝛ valentiniani tercij. vicesima quarta die mensis iunij. in cuius loco sabbatius ordinatur. Nestorius itaqꝫ agens preter consuetudinem ecclesie. contra se plurimos incitabat: sicut actus ei⁹ ostendūt. In vermensi etenim hellesponti ciuitate: anthonius erat episcopus. Qui cognoscens instantiam nestorij aduersus hereticos macedonianos: et ip̄e persequi festinabat. quasi patriarche imitatus ymaginē. Porro macedoniani aliquantulū sunt perpessi. Cumqꝫ anthoni⁹ vehementer insistens iam molestiā non ferentes: ad scelus se durissimū cōtulerunt. Mittētes eteni quosdā viros ꝛ quod rectū est secundo loco ponentes. interemerūt eum. Hoc factū macedonianoꝝ nestorio maioris psecutionis occasionē dedit. Persuasit em̄ impera

toribus: vt eoꝝ eccleſie tollerent. Quamob
rem cōſtantinopolim eis ablata eſt. ante mu-
rū veterem poſita ciuitatis collecta. ⁊ cizico.
et alie plurime: q̄s habebant in helleſponto.
quarū ad eccleſiā alij cōfugerunt: in conſub-
ſtantialitatis fide ꝯſentientes. Sed ſicut ait
ſcriptura vinū nō deeſſe ebrioſis neqꝫ cōten-
tioſo lites. ſic quoqꝫ neſtorio amanti ꝑſecutio
nes euenit: vt ꝑſequeret̄ ſꝑ eccl'iam dei. Erat
cū eo anaſtaſius preſbyter ab antiochia pari
ter deſtinatus: quē nimis honorabat ⁊ veluti
cōſiliariū habebat in cauſis. Aliqñ igit̄ corā
eccl'ia docēs anaſtaſius: dixit. Dei genitricē
mariā: nullus appellet. Maria em̄ homo fu-
it ⁊ deū ab homīe generari. nimis eſt impoſſi
bile. Hoc cū auditū fuiſſet: plurimos clerico
rū ⁊ laycoꝝ pariter cōturbauit. Olim nāqꝫ
didicerāt deū fateri chriſtū. ⁊ nullaten⁹ eum
ꝑ diſpenſationē velut hominē a diuinitate ſe
parari. credentes apoſtolice voci que dixit.
Et ſi cognouim⁹ ſcd̄m carnē chriſtū. ſed nūc
nequaqꝫ cognoſcim⁹. Quapropter relinquē
tes de xp̄o ſermonē. ad ꝑfectionē ꝓcedamus
Tumultu ſiquidē ſicuti dixi in eccl'ia facto:
neſtorius anaſtaſij ſermonē cōfirmari volēs.
⁊ nō redargui velut blaſphemū. q̄ ab eo vide
bat̄ honorari. frequēter ex hoc corā eccl'ia do
cuit. ⁊ cū maiori intentiōe queſtionē hanc ha
bebat ſermonē dei genitricis abijciens. Un-
de diuiſio nata eſt in eccl'ia. ⁊ velut in noctur
na lite diuerſi. nūc hijs. nūc alijs cōſentiebāt
⁊ verba ꝓpria denegabāt. Neſtorius aūt apō
multos in ea erat opinione: q̄a purū hominē
diceret chriſtū ⁊ tanqꝫ pauli ſamoſateni atqꝫ
fotini dogma inter eccl'ias introduceret. Sꝫ
maxima de hijs queſtio mota eſt. et tumult⁹.
ita vt vniuerſalis ſynodus ageret̄. Ego vero
legēs neſtorij libros: q̄s intellexiſſe comperi
hunc virū ⁊ cū veritate cōſpexi. neqꝫ pro eius
inimicicijs neqꝫ pro gr̄a alterius explanabo.
Nō mihi videt̄ neſtorius. neqꝫ ſamoſatenū ſe
cut⁹ paulū. neqꝫ fotinū. neqꝫ purū hominem
dixiſſe chriſtū: ſed ſermonē tantūmodo quaſi
metuendū expauiſſe ⁊ hoc paſſum quia decē-
ter nō erat eruditus. Qui dū naturaliter elo-
quēs fuiſſet ſe putabat edoctū ⁊ libris antiq̄-
rū interpretū dedignabat̄ incūbere. omniūqꝫ
ſe meliorē putabat eſſe. ignorās q̄a in catholi
ca iohānis epiſtola in antiq̄s exemplarijs ha
beat̄. om̄is ſp̄us qui ſoluit ieſum. a deo nō eſt
Hūc em̄ ſenſum ex veteribꝫ exemplaribꝫ ab-
ſtulerūt. q̄ ſeparare nolūt ab homis diſpenſa
tione diuinitatē. Quapropter veteres interꝓ
tes hoc ip̄m deſignauerūt. quoniā aliq̄ adulte
rati ſunt hanc epiſtolā. ſoluere hominē a deo
volentes. Eſt eñi humilitas copulata diuini
tati. et iam nō ſunt duo: ſed vnū. Hac ratiōe
confidenter antiq̄ mariā dei nō timuerunt di
cere genitricē. Pamphilus em̄ euſebij tercio
libro de vita cōſtantini dixit. Eteni generati
onē ſuſtinere que nobiſcū eſt propter nos vo
luit ⁊ locus eius in charitate generatiōis no
minatus eſt. apud hebreos bethleem. Quam
obrem ⁊ helena auguſta deo amabilis locū
vbi dei genitrix peperit memorijs memora-
bilibus adornauit. hanc ſacratiſſimā ſpelun
cam decenter irradians. Sed origenes in ꝓ
mo thomo de epiſtola pauli ad romanos ait
Quomodo dei genitrix dicat̄ licet latius anī
aduertere. Apparet igit̄ neſtoriū ignoraſſe le-
ctiones antiquoꝝ. quapropter ſicut dixi. in
ſermone ſolo moratus eſt. ⁊ non ſolū cum ſer
monē examini dedit. ſed etiā omnino deū eſſe
q̄ natus eſt denegauit. Nos em̄ fatemur: quo
niam qui de ſancta virgine natus eſt. crucifi-
xus eſt. eſt ⁊ dominus glorie. ſicut dixit apo-
ſtolus. Si cognouiſſent nunqꝫ dominū glo-
rie crucifixiſſent. Porro neſtorius dicit. No
li gloriari iudee nō crucifixiſti deū tanqꝫ ipſe
domin⁹ glorie idem nō ſit deus. Nam quia
purū non dicit hominē chriſtū. ſicut fotinus.
aut paulus ſamoſatenus. etiam omelie quas
fecit oſtendūt. Nuſqꝫ em̄ dei verbi ſubſtanti
am ꝑemit. ſed vbiqꝫ eū ſubſiſtere cōfitet̄ ⁊ ha
bere ſubſtantiā nō ſicut fotinus ⁊ ſamoſate-
nus eius exiſtentiā perimētes. hoc em̄ ⁊ ma-
nichei a mōtano dogmatiſare p̄ſumūt. Sic
ergo neſtoriū ego inuenio ſapuiſſe ex eius li-
bris. Non ergo mediocrē cōcuſſionē orbi ter
rarū tepidiſſima neſtorij ratiocinatio cōcita
uit. Interea contigit ſcelus quoddā graue in
eccleſia catholica prouenire. Serui quidam
potentiū genere barbari dominū crudelē ex
perti ad eccleſiam cōfugerunt. ⁊ portātes gla
dios ingreſſi ſunt ad altare. Cumqꝫ rogaren
tur vt exirent nullo modo voluerunt: ſed im-
pediebant ſolemnia celebrare plurimis diebꝫ
tenentes gladios euaginatos. atqꝫ pati ſe vin
dicare. omnibꝫ ad eos deſcendentibus inſiſte
bant. Qui poſtremo vnū clericum perimen-
tes ⁊ aliū vulnerantes etiā ſemetipſos intere
merunt. Quo facto quidā tranſeuntium hoc
ſcelus nihil boni eccleſie ſignificare predixit.
nec veritate priuatus eſt. Significabat enim
populi diuiſionem ⁊ deiectionē eius qui fue
rat cauſa diuiſionis.

## Capitulum.v.

On mlto poſt tpe iuſſio pncipis epi ſcopos vndiqꝫ ad epheſum ꝯuenire pcepit. Mox igit poſt paſchalē feſti nitatē neſtori⁹ cū maria multitudie venit ad epheſum. inuenitqꝫ plurimos epoꝝ ibi fuiſſe collectos. Porro cirillus alexandrin⁹ modicū retardat⁹ circa pēthecoſten occurrit. Quita vo die poſt pēthecoſten ⁊ iuuenalis hieroſolymoꝝ veīt. Porro iohāne antiocheno tardāte. mouebāt pſentes epi qſtionez. Cyrillus autē alexandrin⁹ epus deflorati õesquaſdaz libroꝝ faciebat eū turbare volēs. etenim erat inimic⁹ eius. Et cū plurimi deū ꝯfiteanꝛ eſſe ieſum. Ego inqt neſtori⁹ bimēbrem ⁊ trimēbrē nequaqꝫ cõfiteoꝛ deū: qua grā mūdus ſuz a ſanguie vr̄o ⁊ amodo ad vos nõ venio. Dū hec itaqꝫ dixiſſet cū reliqs ꝯgregabaꝛ epis q̄ ei⁹ ſententiā ſequebanꝛ. Preſentes g̊ in duos ordines ſunt diuiſi. Porro cirillus cū ſuis facto cõcilio neſtoriū vocauerūt. At ille nõ obediuit differēs ī pñtiaz iohis antiocheni. Qui vo circa cirillū omelias neſtorij. q̄s de hac q̄ſtione ꝓtulerat ſepi⁹ relegētes ⁊ ex ipis iudicantes eū velut blaſphemantē dei filiū damnauerūt. Hoc facto. qui circa neſtoriuz aliud apud ſe ꝯciliū faciētes damnauerūt cirillū et cū eo mēnonem epheſie ciuitatis epm. Non vo poſt multū venit etiā iohannes antiochenus epus cognoſcēs q̄ facta ſunt indignabatur cõtra cirillū. tanqꝫ ſeditiõis auctorē. eo qꝫ ſic feruentiſſime neſtorij feciſſet dānationem. Porro cirillus cū iuuenale volēs ſe vlciſci cõtra iohānē dānauit etiā ipm: Hijs tali cõmixtione cõfuſis. cognoſcēs neſtori⁹ cõtentiõez ad quādā pnitionē ꝑueniſſe dei genitricē mariā vocabat dicēs. Dicaꝛ etiā dei genitrix maria ⁊ ea q̄ ferūt triſticiā cõquieſcāt ſed nullus eū ex penitētia talia dicentē ſuſcepit. quapropter hacten⁹ dānatus ⁊ in exiliuz miſſus eas inhabitare dinoſciꝛ. Hūc ergo terminū tunc ſynodus habuit. q̄ geſta ſunt cõſulatu baſſi ⁊ antiochi viceſima octaua die iunij menſis.

## Capitulum.vj.

Orro iohānes veniens antiochiam plurimos epoꝝ colligēs dānauit cirilluz cū iam eſſet in allexādria. Poſt paululū vo tēpus inimicicias reſoluētes ad gratiā ſunt regreſſi ⁊ ſedes alterutriſ reddiderunt. Poſt damnationē vo neſtorij dura conſtātinopolim turbatio cõtra eccl'ias facta eſt. Diuiſus nāqꝫ eſt populus ꝓpter tepidū eius ſicut dixi tractatū. clerici tñ om̄es cõmuni decreto eum anathematiſauerunt. Sic em̄ nos xp̄iani cõtra blaſphemos ꝓlatū ſolem⁹ appellare decretū. qñ euz velut in marmore ſcriptū manifeſtū cunctis oſtendimus.

## Capitulum.vij.

Js itaqꝫ ꝯuenientib⁹ de electiõe epi queſtio rurſus exorta eſt ⁊ mlti philippū cuius iā feci memoriā. plurimi ꝓculū eligebāt. potuit em̄ ꝓculus tenere pontificatū: niſi q̄dam procerū prohibuiſſent. dicētes regulā eccl'iaſticam nõ ꝑmittere eū q̄ alteri⁹ ciuitatis epus noiatus eſt. in alterā migrare ciuitatē. qđ dictū ꝓplus reuocauit. Cūqꝫ quattuor trāſiſſent mēſes poſt neſtorij dānationē maximian⁹ ordinaꝛ epus. in monachica q̄dem vita. pſbyterorū tñ collegio conſtitutus. Js em̄ opinionez reuerēdi viri olim habuerat. eo qꝫ ꝓprijs ſumptib⁹ monumenta fabricaret vt in eis religioſorū corpora ſepeliret. Erat em̄ ideota ſermone ⁊ ſub quiete viuere eligebat.

## Capitulum.viij.

Uia vo quidā dicebāt eccl'iaſticā regulā prohibere: ne proculus cõſtantinopolitanā teneret eccl'iam. cū cizico fuiſſet ordinat⁹ volo pro hac re pauca narrare. Non em̄ mihi hoc vere dixiſſe videnꝛ. ſed aut inuidia faciētes: aut ignorātes eccleſiaſticā ſanctionē ꝓhibuerūt. q̄ freq̄nter in eccleſijs vtiliter facta noſcunꝛ. Euſebius itaqꝫ pāphili in ſexto hyſtorie eccl'iaſtice libro allexādrū vnius capadocie ciuitatis epm refert. q̄ cū veniſſet cauſa orõnis ad hieroſolymā tentus ſit ab ei⁹ ciuib⁹. ⁊ in locū narciſci epi cõſtitut⁹. ⁊ de cetero omni vita ſua ipi eccl'ie preſediſſe. Si igiꝛ apud veteres ſine vlla differentia de ciuitate ad aliā migrabaꝛ epus dū vtilitas euocaret. oportet etiā ipam regulā huic operi copulari: vt oſtendaꝛ quia mentiti ſunt qui proculū intronisare prohibuerunt.

¶ Regula.

J q̄s epus ordinat⁹ ad procbiā: in q̄ ordinat⁹ eſt mime ꝓficiſciꝛ nõ ſua culpa. ſꝫ ſiue ꝓplo reſpuente aut ꝓpter aliam quamlibet cauſam non neceſſitate factam. hunc honore miniſterioqꝫ participari tantū. nec eum miſceri rebus eccleſiaſticis aliquibus. in qua collectas celebrat eccleſia. ſed ſuſtinere quod prouincie ſynodus ſuo iudicio termiauerit.

Hec itaqꝫ regula eſt. Quia ꝑo plurimi epoꝝ
ex alijs ciuitatibꝰ ad alias ꝓpter vtilitates tē
poꝝ ſunt migrati. coꝝ nomia. q̄ ſūt imitati
ſubdidimꝰ. Perigenis impatoris ordinat̄ epi
ſcopus ⁊ q̄m ciues eius eū ſuſcipe noluerunt
romane ciuitatis epus iuſſit euꝫ intronisari.
in corintho metropoli defuncto eius epo. ci=
qꝫ donec aduixit p̄fuit eccl'ie. Gregorius na=
zanzenꝰ p̄us vniꝰ capadocie ciuitatꝭ fuit epi
ſcopꝰ. Deinde nazıazo cōſtitutꝰ eſt. Meleuꝰ
p̄us in ſebaſtena eccl'ia p̄fuit. ⁊ poſtea antio=
chie p̄ſul eſt cōſtitutꝰ. Doſitheū ſeleucie epm.
allexander antiochenꝰ eps in tharſum cilicie
demigrauit. Reuerētius ab archis phenicie
in tyrū migratꝰ eſt. Johannes de gordolidie
in pronıſſum imitatꝰ eſt. ⁊ in ea p̄ſedit eccl'ia.
Palladiꝰ ab helinopoli imitat̄ in aſpona. al=
lexander ab hellinopoli in adrianos imitatꝰ
eſt. Theoſebius ab apamia aſie trāſfert̄ in eu
doxiopolim. q̄ dudū ſalambria vocabat̄. Po
licarpus de vrbe ante priſtena miſie in nico=
polim thracie imitatus eſt. Hierophilus de
trapezapoli frigie migratꝰ eſt in plutinopoli
thracie. Optinius ab agardamia phrigie in
antiochiam piſidie migrat̄. Siluanus a phi
lippopoli tracie imitat̄ in throada. Tātos igi
tur quātos ad p̄ſens inuenimꝰ ex ꝓprijs ciui
tatibꝰ ad alias migraſſe nos memoraſſe ſuffi
ciat. De ſiluano tn̄ qui ī philippopoleos thra
cie in throada migratꝰ eſt. vtile iudico pauca
narrare. Siluanꝰ rhetor q̄dā fuit filiꝰ throi
li ſophiſte. ⁊ ad ꝑfectū xp̄ianus vitamqꝫ mo=
nachicā diligēs Is enī doctoris pallio deſpe
xit. quē poſt hec atticus epus cōprehendens
epm philippopoleos ordiauit At ille tribꝰ an
nis in thraciā degēs: nec frigora ferre valēs.
cū haberet corpꝰ valde debile atqꝫ ſubtile. ro=
gauit atticū: vt eū in locū aliū conſtitueret. di
cēs nō ob aliā cauſam: niſi ꝓpter frigꝰ ea ſe lo
ca vitare. Cūqꝫ alter pro eo fuiſſꝫ ordinatus.
manſit ſiluanus cōſtantinopolim vitā mona
chicaꝫ ꝑfecte cuſtodiēs. tantūqꝫ ſine vlla fuit
arrogātia: vt plerūqꝫ in tāta multitudine ciui
tatis cū folijs de ſpartu procederet. Quodaꝫ
ꝑo tp̄e p̄tereunte troiane p̄ſul ecclie moritur.
troianiqꝫ venerūt petētes epiſcopū. Cūqꝫ co=
gitaret atticꝰ quē ordinare deberet. ſubito cō
tigit ad eū ſalutandū venire ſiluanum. At ille
vidēs eū mox cogitare ceſſauit. Tūc ad ſilua=
nū. nō habes inq̄t vlteriꝰ occaſioneꝫ pro qua
eccleſiaſticas curas poſſis effugere Troia nā
qꝫ nō habet frigus. ſed ecce apparatus eſt tuo
corpori oportunꝰ adeo locꝰ. Prepara ergo te
metip̄m. et ad troiam cōtinue ꝓficiſcere. Mi
gratur g̊ ſiluanꝰ. Quo facto miraculū q̄d in=
ter manꝰ eiꝰ acciderat enarrabo. Nauis ma
